
GERSON
DE
IMIT AT

MIRABIL
ROMÆ








Gerson De imitatione Christi.
Et de meditatione cordis.







anno 1424

Joannes Gerson vixit temporibus Clementis 5. pontificis, sub quo vixit et poggius florentinus et permulti insignes theologiae scriptores [a magistro] tunc extiterunt / Taulerus hic in sua institutione ait (cap. ingrediente Libro 4. cap. 7. fol. 28) eum vixisse sub Joanne 22. papa, qui fuit circiter annum christi 1316 / Quo tempore (scilicet 1316) extitit Petrus Cuniculi advocatus regis in senatu parisiensi qui tunc conabatur auferre ecclesiasticis jurisdictionibus temporalibus / Dantes poeta obiit circiter annum 1321 / Carolus pulcher frater primus regum franciae permisit papae decimas de suis subditis, ut cum quaestu fieret particeps / Mortuo Carolo pulchro orta contentio de regno franciae inter regem franciae et eduardum 3 regem angliae, tunc singulis et crudelis belli quod recepit in aquitania, saepius intermissi saepius renovatum #

Hic liber auctor est non Gersonius sed Thomas a Kempis germanus ordinis canonicorum regularium sancti augustini qui vixit et claruit anno 1410.

+ [illegible] delphinus

+

Inter Antiquorum lucubrationes vix —
quicquam occurrit excolendae pietatis
utilius quam divinum opusculum De
Imitatione Christi: cuius authorem nullum
certiorem invenio quàm celeberrimum —
nostrum vir Joannem sacrae facultatis
parisiensis Doctorem, et universitatis
Cancellarium. In cuius locum nuper
scriptores parum aequi moliti sunt
corruptum et inane nomen intrudere.
Ces termes sont tirez de la 4. position
d'une these qui finit par ces mots: has
theses, Deo duce, propugnabit —
Mathurinus Lucas presbyter, —
socius Sorbonicus, in sacra Theologiae
facultate parisiensi licentiatus die
Lunae 2. Julij anno R. S. 1646. —
post meridiem, In Sorbona, pro —
actu vesperiarum.

Crux in decacordo Michaelis. Cartu.

7 Manus dextra

8 Caput

9 Manus sinis.

6 Pectus et totum corpus flagellatum

4 Latus cordis dex. lancea perforatum.

10 Cordis medium ubi verum in centro dilectus rei residerat

5 Latus cordis sin. in quo anima rei tristis residerat.


3 Genua ad oratione flexa et sudore sanguineo perfusa

Pes dexter perforatus } 1

2 { Pes sinister confixus.

Incipit liber primus Johannis gerson cancellarii parisiensis. De imitatione Christi et de contẽptu oim̃ vanitatum mundi. Cpm. I.

Qui sequitur me nõ ambulat in tenebris: sed habebit lumẽ vite dicit dñs Hec sunt verba christi quibus ammonemur quatenus vitã eius et mores imitemur: si velimus veraciter illuminari: et ab omni cecitate cordis liberari. Summũ igit studiũ nostrum sit in vita iesu christi meditari. Doctrina christi omẽs doctrinas sanctorũ precellit: et qui spiritũ haberet absconditum ibi mãnam inueniret. Sed contingit q multi ex frequenti auditu euangelii paruũ desideriũ sentiunt: quia spiritũ christi nõ habent. Qui aũt vult plene et sapide christi verba intelligere: oportet vt totã vitã suam illi studeat conformare. Quid prodest tibi alta de trinitate disputare: si careas humilitate vnde displiceas trinitati. Uere alta verba nõ faciunt sanctũ et iustũ: sed virtuosa vita efficit deo carum. Opto magis sentire compũctionẽ q̃ scire eius diffinitionẽ. Si scires totã bibliã exterius et oim̃ philosophoꝝ dicta: quid totũ prodesset sine caritate dei et gratia. Uanitas vanitatũ et oĩa vanitas: preter amare deũ et illi soli seruire. Ista sũma est sapientia p contemptũ mundi tendere ad celestia regna. Uanitas igit est diuitias perituras querere: et in illis sperare. Uanitas quoq est honores ambire et in altũ se extollere. Uanitas est carnis desideria sequi et illud desiderare vñ postmodũ gra-



niter oportet puniri. Uanitas est longā vitā optare: et de bona vita parū curare. Uanitas est p̄sentē vitā solū attendere. et que futura sunt nō preuidere. Uanitas est diligere quod cū oī celeritate transit: et illuc nō festinare vbi sempiternū gaudiū manet. Memento illius frequenter ꝓuerbii: qꝛ nō satiatur oculus visu nec auris implet̃ auditu. Stude ergo cor tuū ab amore visibiliū abstrahere: et ad inuisibilia te transferre. Nam sequentes suā sensualitatē maculant conscientiā: et perdunt dei grām.

¶ De humili sentire suiipsius. Cpm. 2.

Omnis homo naturaliter scire desiderat: sꝫ scientia sine timore dei quid importat? Melior est profecto humilis rusticus qui deo seruit: q̄ superbus philosophus qui se neglecto cursū celi considerat. Qui bene seipsū cognoscit: sibipsi vilescit: nec laudibus delectat̃ humanis. Si scirez omnia que in mūdo sunt et nō essem in caritate: qđ me iuuaret corā deo qui me iudicaturus ē ex facto. Quiesce a nimio sciendi desiderio: quia magna ibi inuenit̃ distractio et deceptio. Scientes lib ēter volunt videri et sapientes dici. Multa ergo sunt q̄ scire parū vel nichil anime prosunt. Et valde insipiens est qui aliis intēdit: q̄ his que saluti sue deseruiunt. Multa verba nō satiant aīam: sed bona vita refrigerat mentez: et pura conscīa magnā p̄stat ad deū confidentiā. Quanto plus et melius scis tāto grauius inde iudicaberis nisi sanctius vixeris. Noli ergo extolli de vlla arte vel scientia: sed poti⁹ time de data tibi noticia. Si tibi videtur q̄ multa scis et satis bene intelligis scito tñ quia sūt multo

plura que nescis. Noli altū sapere sed ignorantiā tuā magis fatere. Quid vis te alicui preferre: cum plures doctiores te inueniant: et magis in lege periti? Si vis vtiliter aliquid scire et discere: ama nesciri et pro nichilo reputari. Hec est altissima et vtilissima lectio suiipsius vera cognitio et despectio. De seipso nichil tenere: et de aliis semp bene et alte sentire magna sapientia est et perfectio. Si videris aliquē aperte peccare vel aliqua grauia perpetrare: nō debes te tñ meliorē estimare: quia nescis q̄diu possis in bono stare. Omnes fragiles sumus sed tu neminē fragiliorē teipso tenebis.

De doctrina veritatis. Cpm. 3.

Felix quē veritas per se docet nō per figuras et voces transeūtes: sed sicuti se habet. Nostra opinio et noster sensus sepe nos fallit: et modicū videt. Quid prodest magna cauillatio de occultis et obscuris rebus: de q̄bus nec arguemur in iudicio quia ignorauimus. Grandis insipientia q̄ neglectis vtilibus et necessariis: vltro intēdim⁹ curiosis et dānosis. Oculos habentes nō videmus Et quid cure nobis de generibus et speciebus. Cui eternū verbū loquit: a multis opinionibus expeditur: ex vno verbo omnia et vnū loquunt omīa et hoc est principiū quod et loquit nobis. Nemo sine illo intelligit: aut recte iudicat. Cui omnia vnū sunt et oīa ad vnū trahit: et omnia in vno videt: potest stabilis corde esse et in deo pacificus p̄manere. O veritas deus fac me vnū tecū in caritate p̄petua. Tedet me sepe multa legere et audire. In te est totum quod volo et desidero. Taceant oēs doctores sileāt

vniuerse creature in conspectu tuo tu michi loque re solus. Quanto aliquis magis vnitus sibi ⁊ interius simplificatus fuerit: tanto plura et altiora sine labore intelligit quia desuper lumē intelligētie accipit. Purus simplex et stabilis spiritus in multis operibus nō dissipat: quia omnia ad dei honorem operat et in se ociosus ab omni ꝓpria exquisitione esse nitit. Quis te magis īpedit et molestat ꝙ tua immortificata affectio cordis. Bonus ⁊ deuotus homo opera sua prius intus disponit: que foris agere debet. Nec illa trahūt eū ad desideria viciose inclinationis: sed ipse inflectit ea ad arbitriū recte rationis. Quis habet fortius certamē ꝙ qui nititur vincere seipm̄? Et hoc deberet esse negocium nostrū vincere: videlicet seipm̄ ⁊ quotidie seipo fortiorē fieri: atq; in melius aliquid ꝓficere. Oīs pfectio in hac vita quādā impfectionē sibi habet annexam: ⁊ oīs speculatio nostra quadā caligine nō caret. Humilis tui cognitio certior via est ad deū ꝙ ꝓfunde scientie inquisitio. Non est culpanda scia aut quelibet simplex rei noticia: que bona est in se considerata et a deo ordinata: sed preferenda est sē per bona conscientia ⁊ virtuosa vita. Quia vero plures magis student scire ꝙ bene viuere: ideo sepe errant: et pene nullū vel modicū fructū ferunt O si tantā adhiberent diligentiam ad extirpanda vitia ⁊ virtutes inserēdas sicuti ad mouendas questiones: nō fierent tanta mala et scandala in populo nec tanta dissolutio in cenobiis. Certe adueniēte die iudicii nō queretur a nobis quid legimus: sꝫ quid fecimus nec ꝙ bene diximus: sed ꝙ religiose

viximus. Dic michi vbi sunt modo omnes illi dñi et magistri: quos bene nouisti. dū adhuc viuerent ꝛ in studiis florerent. Jam eorū p̄bendas alii possidēt: ꝛ nescio vtrū de eis recogitant. In vita sua aliquid videbant et mō de illis tacet. O q̄ cito transit gloria mundi. Utinā vita eorū sciencie ipsorū cōcordasset. tunc bene studuissent et legissent. Quā multi pereunt p vanā sciam in hoc seculo: qui parū curant de dei seruitio ꝛ quia magis eligunt magni esse q̄ humiles: ideo euanescunt in cogitationibus suis. Uere magnus est qui magnā habet caritatē. Uere magnus est qui in se paruus est: et pro nichilo omne culmē honoris ducit. Uere prudēs est qui oīa terrena arbitrat vt stercora: vt christū lucrifaciat. ꝛ Uere bene doctus est: q̄ dei volūtatē facit: et suā voluntatem relinquit.

De prudentia in agendis. Cpm. 4.

Non est credendum omni verbo nec instinctui: sed caute et longanimiter res est secūdum deū pōderanda. Proth dolor sepe malum facilius q̄ bonū de alio creditur et dicit ita infirmi sumus. Sed perfecti viri nō facile credūt omni enarranti: quia sciunt infirmitatem humanam ad malū proclinā et in verbis satis labilē. Magna sapientia est nō esse precipitē in agendis nec ptinaciter in propriis sensibus stare. Ad hanc etiā pertinet: nō quibuslibet hominū verbis credere: nec audita vel credita mox ad aliorum aures effundere. Cum sapiente et conscientioso viro consiliū habe ꝛ quere potius a meliore instrui: q̄ tuas adinuētio

nes sequi. Bona vita facit hominē sapientē secun dum deū: et expertū in multis. Quanto quis in se humilior fuerit et deo subiectior: tanto in oībus erit sapientior et pacatior.

De lectione sanctarū scripturarū. Cpm. 5.

Veritas est in scripturis sanctis querenda: nō eloquētia. Omnis scriptura sacra eo spiritu debet legi quo facta est. Querere potius debemus vtilitatē in scripturis q̄ subtilitatē sermonis. Ita libenter deuotos et simplices libros legere debemus: sicut altos et ꝓfundos. Non te offēdat auctoritas scribētis: vtrū parue vel magne litterature fuerit: sꝫ amor pure veritatis te trahat ad legendū. Non queras quis hoc dixerit: sed quid dicatur attende. Homines transeunt sed veritas dñi manet ineternū. Sine personarū acceptione variis modis loquit̄ nobis deus. Curiositas nostra sepe nos impedit in lectione scripturarū: cū volumus intelligere et discutere vbi simpliciter esset transeundum. Si vis profectū haurire: lege humiliter simpliciter et fideliter: nec vnq̄ velis habere nomē scientie. Interroga libenter et audi tacens verba sanctorū: nec displiceant tibi parabole seniorum: sine causa enī nō proferuntur.

De inordinatis affectionibus. Cpm. 6.

Quandocūqꝫ homo aliquid inordinate appetit: statim in se inquietus fit. Superbus et auarus nunq̄ quiescūt. Pauper ⁊ humilis spiritu in multitudine pacis cōuersant̄. Homo qui necdū perfecte in se mortuus est: cito tentat̄ et vincit̄ in paruis ⁊ vilibus rebus. Infirmus spiritu

et quodammodo adhuc carnalis ⁊ ad sensibilia incli
natus difficulter se pōt a terrenis desideriis ex to=
to abstrahere. Et ideo sepe habet tristiciā cū se sub
trahit: leuiter etiā indignatur si quis ei resistit. Si
aūt prosecutus fuerit quod cōcupiscit: statim ex re
atu cōscientie grauatur: quia secutus est passionē su=
am que nichil iuuat ad pacē quā quesiuit. Resistē
do igitur passionibus inuenitur vera pax cordis: nō au
tē seruiendo eis. Nō est ergo pax in corde hominis
carnalis: nō in homine exterioribus dedito: sed in
feruido spirituali.

¶ De vana spe ⁊ electione fugienda. Cpm. 7.

Vanus est qui spem suā ponit in hoībus aut
in creaturis. Nō te pudeat aliis seruire amo
re iesu christi ⁊ pauperē in hoc seculo videri
Nō stes sup teipsū: sꝫ in deo spem tuā cōstitue. Fac
quod in te est ⁊ deus aderit bone voluntati tue. Nō
cōfidas in tua scientia: vel cuiusꝗ astutia viuētis: sꝫ
magis in dei gratia: qui adiuuat humiles: ⁊ de se ꝑ
sumentes humiliat. Ne glorieris ī diuitiis si adsūt
nec in amicis quia potentes sūt: sꝫ in deo qui omīa
prestat: ⁊ seipsū sup omīa dare desiderat. Nō te ex=
tollas de magnitudine vel pulcritudine corporis: ꝗ
modica infirmitate corrumpitur ⁊ defedatur. Nō pla=
ceas tibiipsi de abilitate aut ingenio tuo: ne displi
ceas deo: cuius totū est quicquid boni naturaliter
habueris. Nō te reputes aliis meliorē ne forte co=
ram deo deterior habearis qui scit quid est ī homīe
Nō supbias de opibus bonis: quia aliter sunt iudi
cia dei ꝗ hoīm: cui sepe displicet quod hoībus pla
cet. Si aliquid boni habueris: crede de aliis meli

ora: vt humilitatē conserues. Non nocet si omnibus te supponas: nocet aūt plurimū si vel vni te prepo-nas. Jugis pax cū humili: in corde aūt superbi ze-lus et indignatio frequens.

De cauenda nimia familiaritate. Cpm. 8.

Non omni homini reueles cor tuū: sed cū sa-piente timente deū age causā tuā. Cum iu-uenibus et extraneis rarus esto. Cū diuiti-bus noli blandiri: et corā magnatis nō libenter ap-pareas. Cū humilibus et simplicibus: cū deuotis et morigeratis sociare. et que edificationis sunt ptra-cta. Non sis familiaris alicui mulieri: sed in cōmu-ni omnes bonas mulieres deo cōmenda. Soli deo et angelis eius opta familiaris esse: et hominū no-ticiam deuita. Caritas habenda est ad omnes sz fa-miliaritas nō expedit. Quandoqz accidit vt perso-na ignota ex bona fama lucescat: cuius tū p̄sentia oculos intuentiuz obfuscat. Putamus aliqñ aliis placere ex coniunctione nostra et incipim⁹ magis displicere ex morū ip̄robitate in nobis cōsiderata.

De obedientia et subiectione. Cpm. 9.

Valde magnū est in obedientia stare: sub p̄-lato viuere: et sui iuris nō esse. Multo tuti⁹ est stare in subiectione q̄ in p̄latura. Multi sūt sub obedientia magis ex necessitate q̄ ex carita-te: et illi penā habent et leuiter murmurant nec li-bertatē mentis acquirent. nisi ex toto corde p̄pter deū se subiiciant. Curre hic vel ibi nō inuenies qui-etem nisi in humili subiectione sub p̄lati regimine. Imaginatio locorū et mutatio multos fefellit. Ve-rum est q̄ vnusquisqz libenter agit p̄ sensu suo: et

inclinat ad eos magis qui secū sentiūt. Sed si deꝰ
est inter nos: necesse est vt relinquamus etiã qñqꝫ
nostrū sentire ꝓpter bonū pacis. Quis est ita sapi
ens qui oīa plene scire potest? Ergo noli nimis in
sensu tuo cōfidere: sꝫ velis etiā libenter aliorū sen-
sū audire. Si bonū est tuū sentire: ꝛ hoc ipꝫ ꝓpter
deū dimittis et aliū sequeris magis exinde ꝓficies
Audiui enī sepe: securius esse audire et accipere cō
siliū q̄ dare. Potest enī cōtingere vt bonū sit vni-
uscuiusqꝫ sentire: sꝫ nolle aliis acquiescere cū id ra
tio aut causa postulat signū est sꝑbie ꝛ ꝑtinacie.

¶ De cauenda sꝑfluitate verborū. Cp̄m. 10.

Caueas tumultū hominū quātū potes. mul
tum enī impedit tractatus secularium gestoꝝ
etiā si simplici intentione ꝓferantur. Cito
enī inquinamur vanitate et captiuamur. vellē me
pluries tacuisse et inter homīes nō fuisse. Sed qua
re tam libenter loquimur et inuicē fabulamur: cū
tn̄ raro sine lesione conscientie ad silentiū redimus
ideo tam libenter loquimur quia ꝑ mutuas locuti
ones ab inuicē consolari querimus: et cor diuersis
cogitatiōibꝰ fatigatū optamꝰ releuare. Et multū
libēter de his q̄ multū diligimꝰ vel cupimus: vel q̄
nobis ꝯria sētimꝰ libet loq̄ et cogitare. Sed proh
dolor sepe īaniter ꝛ frustra. Nā hec exterior ꝯsola-
tio īterioris ꝛ diuine ꝯsolationis nō modicū detrimē
tū est. Ideo vigilādū est ꝛ orādū: ne tp̄s ociose tran
seat. Si loqui licet ꝛ expedit q̄ edificabilia sūt loq̄-
re. Malus vsus ꝛ negligentia profectus nostri mul
tum facit ad incustodiam oris nostri. Iuuat tamen
non parum ad profectum spiritualem deuota spi-

ritualiũ rerũ collatio maxime vbi pares animo et spiritu in deo sibi sociantur.

De pace acquirẽda ⁊ zelo ꝓficiẽdi. Cpm. ii.

Multam possemus pacẽ habere: si nõ vellemus nos cũ aliorũ dictis et factis que ad nostram curã nõ spectant occupare. Quomodo potest ille diu in pace manere qui alienis curis se intermiscet: qui occasiones forinsecus querit: q̃ parũ vel raro se intrinsecus colligit. Beati simplices: quoniã multã pacẽ habebunt. Quare quidã sanctorũ tam perfecti ⁊ cõtẽplatiui fuerũt? Quia omnino seipsos mortificare ab oĩbus terrenis desideriis studuerunt ⁊ ideo totis medullis cordis deo inherere atq; libere sibi vacare potuerũt. Nos quidem nimiũ occupamur propriis passionibus: ⁊ de transitoriis nimis solicitamur. Raro etiã vnũ vitium pfecte vincimus: et ad quotidianũ profectũ nõ accendimur: ideo frigidi ⁊ tepidi remanemus. Si essemus nobisipsis pfecte mortui: et interius minime implicati: tũc possemus etiã diuina sapere ⁊ de celesti contemplatione aliquid experiri. Totum ⁊ maximũ impedimentũ est: quia nõ sumus a passionibus et concupiscentiis liberi. nec perfectã sanctorum viã conamur ingredi. Quando etiã modicũ aduersitatis occurrit: nimis cito deiicimur ⁊ ad humanas cõsolationes conuertimur. Si niteremur sicut viri fortes stare in prelio ꝓfecto auxiliũ dñi videremus super nos de celo. Ipse enĩ certantes ⁊ de gratia sua sperantes paratus est adiuuare: qui nobis certandi occasiones ꝓcurat vt vincamus. Si tantũ in istis exterioribus obseruantiis ꝓfectũ re-

ligionis ponimus cito finē habebit deuotio nostra
Sed ad radicē securim ponamus: vt purgati a pas
sionibus pacificā mentē possideamus. Si oī anno
vnū vitiū extirparemus: cito viri perfecti efficere=
mur. Sed modo econtrario sepe sentimus vt meli
ores ꝛ puriores in initio conuersionis nos fuisse in
ueniamus ꝙ post multos annos ꝓfessiōis. Feruor
ꝛ profectus noster quotidie deberet crescere: sꝫ nūc
pro magno videtur si quis primi feruoris partem
posset retinere. Si modicā violentiā faceremus in
principio tunc postea cūcta possemus facere cum le
uitate ꝛ gaudio. Graue est assueta dimittere sꝫ gra=
uius est contra propriā voluntatē ire. Sed si nō vin
cis parua ꝛ leuia: qn̄ superabis difficiliora? Resiste
in principio inclinationi tue ꝛ malā desiste consue
tudinē ne forte paulatim ad maiorē te ducat diffi=
cultatē. O si aduerteres quantā tibi pacē ꝛ aliis le
ticiā faceres teipsū bene habendo: puto ꝙ soliciti
or esses ad spiritualem ꝓfectum.

¶ De vtilitate aduersitatis. Cpm. 12.

Bonum est nobis ꝙ aliqn̄ habemus aliquas
grauitates et contrarietates quia sepe ho=
minē ad cor reuocant quatenus se in exilio
esse cognoscat: nec spem suā in aliqua re mūdi po=
nat. Bonū est ꝙ patiamur quandoqꝫ contradicto=
res ꝛ ꝙ male ꝛ imperfecte de nobis sentiaꝛ etiaꝫ si
bene agimus ꝛ intendimus. Ista sepe iuuāt ad hu
militatē: ꝛ a vana gloria nos defendunt. Tunc enī
melius interiorē testē deū querimus quando foris
vilipendimur ab hoībus ꝛ nō bene nobis creditur
Ideo deberet se homo in deo totaliter firmare: vt

nō esset ei necesse multas consolationes querere. Quando homo bone voluntatis tribulatur vel tentatur aut malis cogitationibus affligitur tunc deū sibi magis necessariū intelligit sine quo nichil boni se posse deprehendit. Tunc etiā tristatur. gemit et orat pro miseriis quas patitur. Tunc tedet eū diutius viuere: mortē optat inuenire vt possit dissolui et cū christo esse. Tunc etiā bene aduertit perfectam securitatē et plenā pacē in mundo nō posse cōstare.

De tentationibus resistendis. Cpm. 13.

Quādiu in mundo viuimus sine tribulatione et tentatione esse nō possumus. Unde in Job scriptū est. Tentatio est vita hominis sup terram. Ideo vnusquisqꝫ solicitus esse deberet circa tentationes suas et vigilare in oratiōibus ne diabolus locū inueniret decipiendi: qui nunq̄ dormitat: sed circuit querens quē deuoret. Nemo tam perfectus est et sanctus qui nō habeat aliquādo tētationes: et plene eis carere nō possumus. Sunt tamen tentatiōes homini sepe valde vtiles licet moleste sint et graues: quia in illis homo humiliatur purgatur et eruditur. Omnes sancti per multas tribulationes et tentationes transierunt et profecerunt. Et qui bene tentationes sustinere nequiuerunt reprobi facti sunt et defecerunt. Non est aliquis ordo tam sanctus nec locus tam secretus vbi nō sint tētationes vel aduersitates. Non est homo securus a tentatiōibus totaliter q̄diu vixerit: quia in nobis est vnde tentamur ex quo in cōcupiscentia nati sumus. Una tentatione seu tribulatione recedente

alia superuenit et semper aliquid ad patiendū ha-
bebim⁹. Nam bonū felicitatis nostre perdidimus
Multi querunt tentationes fugere: et grauius inci
dunt in eas. Per solam fugā nō possumus vincere
sed per patientiam et verā humilitatē oībus hosti
bus efficimur fortiores. Qui tantūmodo exterius
declinat nec radicem euellit parum proficiet: im-
mo citius ad eum tentationes redient et peius sen
tient. Paulatim et per patientiam cū longanimi
tate deo iuuante melius superabis: q̄ cū duricia et
importunitate propria. Sepius accipe consiliū in
tentatione: et cū tentato noli duriter agere: sed con
solationē ingere: sicut tibi optares fieri. Initium
omniū malorū tentationū incōstantia animi et par
ua ad deū confidentia: quia sicut nauis sine guber
naculo hincinde a fluctibus impellit: ita homo re
missus et suū propositum deserens varie tentatur.
Ignis ꝓbat ferrū: et tentatio hominē iustum. Ne-
scimus sepe quid possumus: sed tentatio aperit q̄d
sumus. Vigilandū est tamen precipue circa initiū
tentationis: quia tunc facilius hostis vincitur: si o-
stium mentis nullatenus intrare sinitur: sed extra
limen statim vt pulsauerit illi obuiatur. Unde q̄-
dam dixit. Principiis obsta: sero medicina para-
tur. Cum mala per longas conualuere moras. Nā
primo occurrit mēti simplex cogitatio: deinde for
tis imaginatio: postea delectatio et motus pra-
uus et assensio. Sicq̄ paulatim ingreditur hostis
malignus ex toto: dum illi non resistitur in princi-
pio. Et quanto diutius quis ad resistenduȝ torpue
rit: tanto in se quotidie debilior fit. et hostis con-

tra eum potentior. Quidã in principio conuersionis sue grauiores tentationes patiunt quidã autem in fine: quidã vero quasi per totã vitã suã male habent. Nõnulli satis leuiter tentant secundũ diuine ordinationis sapientiã et equitatẽ: qui statũ et merita hominũ pensãt et cuncta ad electorũ suorũ salutem preordinãt. Ideo nõ debemus desperare cũ tẽtamur: sed eo feruenti9 deũ exorare: q̃tenus nos in omni tribulatione digneẽ adiuuare: qui vtiq3 secũdum dictũ pauli talẽ faciet cũ tentatione prouentum: vt possimus sustinere. Humiliemus ergo aĩas nostras sub manu dei in omni tentatione et tribulatione: quia humiles spiritu saluabit et exaltabit. In tentationibus et tribulationibus probat homo quantũ profecit et ibi maius meritũ existit: et virtus melius patescit. Nec magnũ est si homo deuot9 sit et feruidus cũ grauitatẽ nõ sentit: sed si tempore aduersitatis patienter se sustinet: spes magni ꝓfect9 erit. Quidã a magnis tentationibus custodiũtur et in paruis quotidianis sepe vincunt. vt humiliati nunq̃ de seipsis in magnis confidant qui in tam modicis infirmantur.

¶ De temerario iudicio vitando. Cpm. 14.

Ad teipsũ oculos reflecte: et aliorũ facta caueas iudicare. In iudicãdo alios homo frustra laborat: sepius errat: et leuiter peccat. Seipsum vero iudicando et discutiendo semp fructuose laborat. Sicut nobis res cordi ẽ: sic de ea frequenter iudicamus. Nam verũ iudiciũ ꝓpter priuatũ amorẽ faciliter perdimus. Si deus semp eẽt pura intẽtio nostri desiderii: nõ tã faciliter turbare

mur pro resistentia sensus nostri. Sed sepe aliquid ab intra latet vel etiã ab extra concurrit: quod nos etiã pariter trahit. Multi occulte seipsos querũt in rebus quas agunt et nesciũt. Videnꝶ etiaꝫ in bona pace stare: quando res pro eorũ velle fiunt ⁊ sentire Si aũt aliter fit ꝙ̃ cupiunt cito mouenꝶ ⁊ tristes fiunt. Propter diuersitatẽ sensuũ et opinionũ satis frequẽter oriunꝶ dissensiones inter amicos ⁊ ciues inter religiosos et deuotos. Antiqua ꝯsuetudo difficulter relinquiꝶ: ⁊ vltra propriũ videre nemo libẽter ducitur. Si rationi tue magis inniteris vel industrie ꝙ̃ virtuti subiectiue iesu christi: raro ⁊ tarde eris homo illuminatus: quia deus vult nos sibi ꝑfecte subiici ⁊ omnẽ rationẽ per inflammatũ amorem transcendere.

¶ De operibus ex caritate factis. Cpm. 15.

PRo nulla re mundi et pro nullius hominis dilectione aliquod malũ est faciendũ: sed ꝓ vtilitate tantũ indigẽtis opus bonũ aliqñ intermittendũ est: aut etiã pro meliori mutandum hoc enĩ facto opus bonũ nõ destruiꝶ: sed in melius cõmutatur. Sine caritate opus externũ nichil prodest: quicquid aũt ex caritate agiꝶ ꝙ̃tũcunqꝫ etiam paruũ sit et despectũ totũ efficiꝶ fructuosũ. Magis siquidẽ deus pensat ex quanto quis agit: ꝙ̃ quantũ quis facit. Multũ facit qui multũ diligit. Multuꝫ facit qui rem bene facit. Bene facit qui magis cõitati ꝙ̃ sue voluntati seruit. Sepe videꝶ esse caritas ⁊ est magis carnalitas. quia carnalis inclinatio: ꝓpria voluntas: spes retributionis: affectus comoditatis raro abesse volunt. Qui verã et perfectã cari

tatem habet: in nulla re seipsũ querit: sed dei solũ modo gloriã in oĩbus fieri desiderat. Nulli etiã inuidet: quia nullũ priuatũ gaudium amat nec in se ipso vult gaudere: sed in deo sup omĩa bona optat beatificari. Nemini aliquid boni attribuit: sꝫ totaliter ad deũ refert: a quo fontaliter omnia procedunt: in quo finaliter omnes sancti fruibiliter quiescunt. O qui scintillã haberet vere caritatis: pfecto omnia terrena sentiret plena forevanitatis.

¶ De sufferentia defectuũ aliorũ. Cpm.16.

Que homo in se vel in aliis emendare nõ valet: debet patienter sustinere donec deus aliter ordinet. Cogita quia forte sic melius ẽ ꝓ tua probatione ⁊ patientia: sine qua nõ sũt multum ponderanda merita nostra. Debes tñ pro talibus impedimentis: supplicare vt deus tibi digneẗ subuenire ⁊ possis benigne portare. Si quis semel aut bis admonitus nõ acquiescit: noli cũ eo contẽdere: sed totũ deo cõmitte: vt fiat voluntas eius et honor in oĩbus seruis suis: qui scit bene mala ĩ bonum conuertere. Stude patiens esse in tolerando aliorũ defectus ⁊ qualescũq; infirmitates. quia ⁊ tu multa habes que ab aliis oportet tolerari. Si non potes te talẽ facere qualẽ vis: quomodo poteris alium habere ad tuũ beneplacitũ? Libenter habemus alios pfectos et tñ proprios nõ emendamus defectus. Volumus ꝙ alii stricte corrigantur ⁊ ipsi corrigi nolumus. Displicet larga aliorũ licentia ⁊ tñ nobis nolumus negari quod petimus. Alios restringi p statuta volumus et ipsi nullatenus patimur amplius cohiberi. Sic ergo patet ꝙ raro pro-

ximum sicut nosipsos pensamus. Si essent omnes pfecti: quid tunc haberemus ab aliis pro deo pati? Nunc aūt deus sic ordinauit: vt discamus alter alterius onera portare. quia nemo sine defectu: nemo sine onere: nemo sibi sufficiens: nemo sibi satis sapiens: sed oportet nos inuicem portare/ inuicē consolari pariter adiuuare/ īstruere: et admonere. Quāte aūt virtutis quisqȝ fuerit: melius patet occasiōe aduersitatis. Occasiones nāqȝ hominē fragilē nō faciunt: sed qualis sit ostendunt.

De monastica vita. Cpm. 17.

Oportet vt discas teipsum in multis frangere: si vis pacem et concordiam cū aliis tenere. Non est paruū in monasteriis vel in congregatione habitare: et ibi sine querela conuersari et vsqȝ ad mortem fidelis perseuerare. Beatus quidem qui ibi bene vixit: et feliciter ꝯsūmauit. Si vis debite stare et proficere teneas te tanq̄ exulem et peregrinū sup terraȝ. Oportet te stultū fieri ꝓpter christū: si vis religiosā ducere vitā. Habitus et tōsura modicū conferunt: sed mutatio morū et integra mortificatio passionū verū faciūt religiosū. Qui aliud querit q̄ pure deū et anime sue salutez: nō inueniet nisi tribulationē et dolorē. Non potest etiaȝ diu stare pacificus: qui nō nititur esse minimus: et omnibus subiectus. Ad seruiendū venisti nō ad regendum. Ad patiendum et laborandū scias te vocatum: nō ad ociandū vel fabulandū. Hic ergo probantur homines sicut aurū in fornace. Hic nemo potest stare nisi ex toto corde se voluerit ꝓpter deū humiliare.

¶ De exemplis sanctorū patrū. Cpm.18.

Intuere sanctorū patrū viuida exēpla: in q̄bus vera perfectio refulsit et religio ꝛ videbis q̄ modicū sit ꝛ pene nichil quod nos agimus. Heu quid est vita nostra si illis fuerit cōparata? Sancti et amici christi dn̄o seruierūt in fame ꝛ siti: in frigore ꝛ nuditate in labore et fatigatione: in vigiliis ꝛ ieiuniis: in orationibus et sanctis meditatiōibus in ꝑsecutionibus ꝛ opprobriis multis. O q̄ multas ꝛ graues tribulationes passi sunt: apostoli/ martyres: confessores/ virgines: ꝛ reliqui omnes qui christi vestigia voluerunt sequi. Nam animas suas in hoc mūdo oderunt: vt in eternā vitam eas possiderent. O q̄ strictā ꝛ abdicatā vitā sancti patres in heremo duxerunt: q̄ longas et graues tētationes ꝑtulerunt: q̄ frequenter ab inimico vexati sunt: q̄ crebras ꝛ feruidas orationes deo obtulerunt: q̄ rigidas abstinentias ꝑegerunt: q̄ magnū zelū ad feruorē ac spiritualē profectū habuerūt: q̄ forte bellū aduersus edomationē viciorū gesserunt q̄ purā ꝛ rectā intentionem ad deū tenuerūt. Per diē laborabant ꝛ noctibus orationi diuine vacabāt q̄q̄ laborando ab oratione mentali minime cessarent. Omne tēpus vtiliter expēdebant omīs hora ad vacandū deo breuis videbat̄ ꝛ pre magna dulcedine contēplationis etiā obliuioni tradebat̄ necessitas corporalis refectionis. Oībus diuitiis dignitatibus: honoribus/ amicis ꝛ cognatis renūciabāt nil de mundo habere cupiebant: vix necessaria vite sumebant: corpori seruire etiā in necessitate dolebant. Pauperes igit̄ erant rebus terrenis: sed di-

nites valde in gratia ⁊ virtutibus. Foris egebāt sꝫ intus gratia ⁊ cōsolatione diuina reficiebant. Mūdo erant alieni sꝫ deo proximi ac familiares amici. Sibiipsis videbant tanꝙ nichili ⁊ huic mundo despecti: sꝫ erant in oculis dei preciosi ⁊ electi. In vera humilitate stabant: in simplici obedientia viuebant: in caritate ⁊ patientia ambulabant: ⁊ ideo q̄tidie in spiritu proficiebant: ⁊ magnaꝫ apud deum gratiā obtinebant. Dati sunt in exemplū oībus religiosis: ⁊ plus prouocare nos debent ad bene ꝓficiendū: ꝙ tepidoꝝ numerus ad relaxandū. O quātus feruor oīm religiosorū in principio sue sancte institutionis fuit. O quanta deuotio orationis: q̄nta emulatio virtutis: ꝙ magna disciplina viguit: quanta reuerentia et obedientia sub regula magistri in oībus effloruit. Testant adhuc vestigia derelicta ꝙ vere viri sancti et ꝑfecti fuerūt qui tam strēnue militantes mundū suppeditauerūt. Iam magnus putat si quis transgressor nō fuerit: si quis qđ accepit cū patientia tolerare potuerit. O b temporis et negligentie status nostri ꝙ tam cito declinamus a pristino feruore: ⁊ iam tedet viuere pre lassitudine ⁊ tempore. Utinā in te penitus nō dormiret ꝓfectus virtutū: qui multa sepius exempla vidisti deuotorum.

De exercitiis boni religiosi. Cpm. 19.

Vita boni religiosi oībus virtutibus pollere debet: vt sit talis interius: qualis videt hoībus exterius ⁊ merito multo plus debet esse intus ꝙ quod cernit foris: quia inspector noster est deus quē sūmopere revereri debemus vbicūꝗ fue

rimus ꝛ tanq̄ angeli in conspectu eius mundi ince
dere. Omni die renouare debemus propositū no-
strum ꝛ ad feruorē nos excitare quasi hodie primū
ad cōuersionē venissemus atqꝫ dicere. Adiuua me
dn̄e deus meus in bono proposito et sancto seruitio
tuo: ꝛ da michi nunc hodie perfecte incipere qꝛ ni-
chil est quod hactenus feci. Secundum propositū
nostrū cursus profectus nostri ꝛ multa diligentia
opus est bene perficere volenti: quia si fortiter pro-
ponens sepe deficit: quid ille qui raro aut minus fi-
xe aliquid proponit? Variis tamen modis cōtigit
desertio propositi nostri: ꝛ leuis omissio exercitiorū
vix sine aliquo dispendio transit. Justorum propo
sitū in gratia dei potius q̄ in propria sapientia pen
det: in quo et semper confidunt quicquid arripiūt
Nam homo proponit: sed deus disponit. nec est in
homine via eius. Si pietatis causa aut fraterne vti
litatis proposito quandoqꝫ consuetum omittitꝛ ex-
ercitiū: facile postea poterit recuperari. Si aūt te-
dio animi aut negligentia faciliter relinquitꝛ: satis
culpabile est ꝛ nociuū sentietꝛ. Conemur quantum
possumꝰ: adhuc leuiter deficiemus in multis. Sē-
per tn̄ aliquid certi proponendū est: et illa precipue
que amplius nos impediūt. Exteriora nostra ꝛ in-
teriora pariter nobis scrutanda sunt ꝛ ordinanda:
quia vtraqꝫ expediūt ad ꝑfectū. Si nō cōtinue te
vales colligere: saltē īterdū ꝛ ad minus semel ī die
mane videlicet aut vespere. Mane propone: vespe
re discute mores tuos qualis hodie fuisti in verbo
opere et cogitatione: quia in his sepiꝰ forsitan deū
offendisti et proximum. Accinge te sicut vir contra

diabolicas nequitias: frena gulam et omnem carnis inclinationem facilius frenabis. Nunq̃ sis ex toto ociosus: sed aut legens aut scribens aut orans aut meditans aut aliquid vtilitatis pro communi laborans. Corporalia exercitia discrete sunt agenda: nec omnibus equaliter assumenda. Que communia non sunt. nõ sunt foris ostendenda: nam in secreto tutius exercentur priuata. Cauendum tamen ne piger sis ad cõmunia et ad singularia prõptior: sed expletis integre et fideliter debitis et iniunctis: si iam vltra vacat: redde te tibi prout deuotio tua desiderat. Non possunt omnes habere vnum exercitium: sed aliud isti: aliud illi magis deseruit. Etiam pro temporum congruentia diuersa placent exercitia quia alia in festis: alia in feriatis magis sapiunt diebus. Aliis indigemus tempore tentationis. et aliis tempore pacis et quietis. Alia cuꝫ tristamur libet cogitare: et alia cum leti in domino fuerimus. Circa principalia festa renouanda sunt bona exercitia et sanctorum suffragia feruentius imploranda. De festo in festum proponere debemus quasi tũc de hoc seculo migraturi simus et ad eternum festum peruenturi. Ideoq; solicite nos preparare debemus in deuotis temporibus et deuotius conuersari: atq; omnem obseruantiam strictius custodire tanq̃ in breui premium laboris nostri a deo percepturi. Et si dilatum fuerit credamus nos minus bene preparatos atq; indignos tãte adhuc glorie: que reuelabitur in nobis tp̃e prefinito: et studeamus nos melius ad exituꝫ preparare

Beatus seruus ait euangelista lucas quē cū vene-
rit dn̄s inuenerit vigilantē. Amen dico vobis sup
omnia bona sua constituet eum.

¶ De amore solitudinis ꝛ silentii. Cp̄m.20.

QUere aptū tempus vacandi tibi ꝛ de benefi
ciis dei frequenter cogita. Relinque curio-
sa. Tales plege materias que cōpūctionem
magis prestant ꝙ occupationez. Si te subtraxeris
a superfluis locutionibus ꝛ ociosis circuitionibus
necnō a nouitatibus ꝛ rumoribus audiendis: inue
nies tempus sufficiens ꝛ aptū ꝓ bonis meditatio-
nibus insistendis. Maximi sanctorū humana con-
sortia vbi poterant vitabant: ꝛ deo in secreto viue-
re eligebant. Dixit quidam. Quotiens inter hoī-
nes fui minor homo redii. Hoc quippe sepius expe
rimur: qn̄ diu confabulamur. Facilius est oīno ta-
cere: ꝙ verbo nō excedere. Facilius est domi latere
ꝙ foris se posse sufficienter custodire. Qui igiť intē
dit ad interiora et spiritualia puenire: oportet eum
cū iesu a turba declinare. Nemo secure apparet ni
si qui libenter latet. Nemo secure preest: nisi qui li-
benter subest. Nemo secure precipit: nisi qui liben-
ter obedire didicit. Nemo secure gaudet nisi q̄ bo-
ne conscientie testimoniū habet. Nemo secure loq̄
tur: nisi qui libenter tacet. Semper tn̄ sanctorū se-
curitas plena timoris dei extitit. Nec eo minꝰ soli
citi ꝛ humiles in se fuerunt quia magnis virtutibꝰ
ꝛ gratia emicuerūt. Prauorū aūt securitas ex sup
bia ꝛ presumptione oriť: et in fine in deceptione sui
vertiť. Nunꝙ ꝓmittas tibi securitatē in hac vita:
ꝙuis bonus videaris zenobita aut deuotus heremi

ta. Sepe meliores in estimatiõe hoim grauius periclitati sunt propter suã nimiã confidentiã. Unde multis vtilius est vt non penitus tentationibus careant: sz sepius impugnent: ne nimium securi sint: ne forte in superbiã eleuent: ne etiam ad exteriores consolationes licentius declinēt. O qui nunq̃ trãsitoriã leticiã quereret/ qui nunq̃ cũ mundo se occuparet: q̃ bonã conscientiã seruaret? O qui oẽm vanam solicitudinẽ amputaret: ⁊ dũtaxat salutaria ac diuina cogitaret ⁊ totã spem suã in deo cõstitueret: q̃ magnã pacẽ ⁊ quietẽ possideret? Nemo dignus est ⁊ celesti cõsolatione: nisi diligenter se exercuerit in sancta cõpunctione. Si vis cordetenus cõpungi: intra cubile tuũ ⁊ exclude tumultus mundi sicut scriptũ est. In cubilibus vestris compũgimini. In cella inuenies quod de foris sepius amittes. Cella cõtinuata dulcessit: ⁊ male custodita tedium generat. Si in principio cõuersionis tue bene eam incolueris ⁊ custodieris: erit tibi postea dilecta amica ⁊ gratissimũ solatiũ. In silentio ⁊ quiete ꝓficit anima deuota ⁊ discit abscondita scripturarũ. ibi ĩuenit fluenta lacrimarũ: quibus singulis noctibus se lauet ⁊ mundet vt conditori suo tanto familiarior fiat: quanto lõgius ab oĩ seculari tumultu degit. Qui ergo se abstrahit a notis ⁊ amicis: appropinquabit illi deus cũ angelis sanctis. Melius est latere ⁊ sui curam agere: q̃ se neglecto signa facere. Laudabile est homini religioso raro foras ire fugere videri: nolle etiã homines videre. Quid vis videre: quod nõ licet habere. Transit mundus ⁊ cõcupiscentia eius. Trahunt desideria sẽsualitatis ad spa

ciandum: sed cũ hora transierit: quid nisi grauitatem conscientie: et cordis dispersionem importas? Letus exitus tristem sepe reditum parit: et leta vigilia serotina triste mane facit. Sic omne carnale gaudiũ blande intrat: sed in fine mordet ꝛ perimit Quid potes alibi videre quod hic non vides? Ecce celũ ꝛ terram ꝛ omnia elementa: nã ex istis omnia sũt facta. Quid potes alicubi videre: quod diu potest sub sole permanere? Credis te forsitan satiari: sed nõ poteris pertingere. Si cuncta videres presẽtia: quid essent nisi visio vana? Leua oculos tuos ad deũ in excelsis: ꝛ ora pro peccatis tuis et negligentiis. Dimitte vana vanis: tu aũt intende illis q̃ tibi precepit deus. Claude sup te ostium tuũ ꝛ voca ad te iesum dilectũ tuũ. Mane cũ eo in cella q꞉ nõ inuenies alibi tantã pacẽ. Si nõ exisses nec quicq̃ de rumoribus audisses: melius in bona pace ꝑmãsisses. ex quo noua delectat aliquando audire: oportet te exinde turbationem cordis tolerare.

¶ De compunctione cordis. Capm. xxi.

SI vis aliquid proficere conserua te in timore dei: et noli esse nimis liber: sed sub disciplina cohibe omnes sẽsus tuos nec ĩepte te tradas leticie. Da te ad cordis compunctionẽ: ꝛ inuenies deuotionem. Compunctio multa bona aperit: que dissolutio cito ꝑdere consueuit. Mirũ est q̃ homo possit vnq̃ ꝑfecte letari in hac vita: q̃ suum exiliũ et tam multa pericula anime sue considerat et pensat. Propter leuitatẽ cordis et negligentiã defectuũ nostrorũ nõ sentimus anime nostre dolores sed sepe vane ridemus quando merito flere de-

beremus. Non est vera libertas nec bona leticia nisi in timore dei cũ bona conscientia. Felix qui abiicere potest omne impedimentũ distractionis: ⁊ ad vnionẽ se redigere sancte compunctionis. Felix q̃ a se abdicat quicquid conscientiã suã maculare potest vel grauare. Certa viriliter ꝯsuetudo consuetudine vincit. Si tu scis homines dimittere ipi te dimittent tua facta facere. Non attrahas tibi res aliorũ nec te implices causis maiorũ. Habe semp oculum super te primũ: et admoneas teipm specialiter p̄ omnibus tibi dilectis. Si nõ habes fauorẽ hoĩm noli ex hoc tristari: sed hoc sit tibi graue: q: non habes te satis bene ⁊ circũspecte sicut deceret dei seruum et deuotum religiosum conuersari. Utilius ẽ sepe ⁊ securius: q̄ homo non habeat multas consolationes in hac vita secundum carnem precipue tamen q̄ diuinas non habemus: aut rarius sentimus: nos in culpa sumus: quia compunctionem cordis nõ querimus: nec vanas ⁊ externas oĩno abiicimus. Cognosce te indignũ diuina cõsolatione sꝫ magis dignũ multa tribulatione. Quãdo hõ pfecte est cõpunctus tũc grauis et amarus est ei totus mũdus. Bonus hõ sufficientẽ inuenit materiam dolendi ⁊ flendi. Siue enĩ se considerat siue de proximo pensat: scit q: nemo sine tribulatione hic viuit. Et q̃nto strictius sese cõsiderat: tãto ãpli⁹ dolet. Materie iusti doloris ⁊ iterne cõpũctionis sunt pctã et vitia nostra: quibus ita inuoluti iacemus: vt raro celestia cõtemplari valeamus. Si frequentiꝰ de morte tua/ q̄ de longitudine vite tue cogitares: non dubium quin feruentius te emenda-

res. Si etiā futuras inferni siue purgatorii penas cordialiter perpēderes: credo φ libēter laborē ⁊ dolorem sustineres ⁊ nichil rigoris formidares. Sed quia ad cor ista nō transeunt ⁊ blandimenta adhuc amamus ideo frigidi ⁊ valde pigri remanemus: sepe est inopia spiritus vnde tā leuiter cōqueritur miserum corpus. Ora igitur humiliter ad dn̄m vt det tibi compūctionis spiritū ⁊ dic cū ꝓpheta. Ciba me domine pane lacrimarū ⁊ potū da michi in lacrimis in mensura.

¶ De consideratione hūane miserie. Cpm.22.

Miser es vbicunq; fueris ⁊ quocūq; te verteris: nisi ad deū te cōuertas. Quid turbaris quia nō succedit tibi sicut vis ⁊ desideras? Quis est qui habet oīa secundū suā voluntatē? Nec ego nec tu: nec aliquis hominū super terrā. Nemo est in mundo sine aliqua tribulatione vel angustia: quāuis rex sit vel papa. Quis est qui melius habet? vtiq; qui ꝓ deo aliquid pati valet. Dicunt multi imbecilles ⁊ infirmi. Ecce φ bonā vitā ille homo habet: φ diues: φ potēs: φ excelsus: φ magnus: φ pulcer. Sed attende ad celestia bona ⁊ videbis φ omnia ista temporalia nulla sunt: sʒ valde incerta ⁊ magis grauantia: quia nunφ sine solicitudine ⁊ timore possidentur. Non est hoīs felicitas habere tpalia ad abundantiā sʒ sufficit ei mediocritas. Uere miseria est viuere sup terrā. Quāto homo voluerit eē spūalior: tanto p̄sens vita fit ei amarior: quia sētit melius ⁊ videt clarius humane corruptionis defectus Nam comedere bibere: vigilare: dormire: quiescere: laborare: ⁊ ceteris necessitatibus nature subia-

cere: vere magna miseria est ⁊ afflictio homini de-
uoto qui libenter esset absolutus ⁊ liber ab oī pec-
cato. Ualde enī grauat̃ interior homo necessitati-
bus corporalibus in hoc mundo. Vñ ꝓpheta deuo
te rogat quatenus liber ab istis esse valeat dicens.
De necessitatibus meis erue me dñe. Sed ve nō co
gnoscentibus suā miseriā: ⁊ amplius ve illis qui di
ligūt hanc miseriā ⁊ corruptibilē vitā. Nā i tātū q̄
dam hanc amplectunt̃: licet etiā vix necessaria la-
borando aut meditando habeant: vt si hic possēt se
per viuere de regno dei nichil curarēt. O insani ⁊ ī
fideles corde qui tā profunde in terris iacent vt nil
nisi carnalia sapiant: sꝫ miseri adhuc in fine graui-
ter sentient q̄ vile et nichilū erat quod amauerunt
Sancti aūt dei ⁊ oēs deuoti amici christi nō atten
derūt que carni placuerunt: nec que in hoc tp̄e flo-
ruerunt sꝫ tota spes eorū ⁊ intentio ad eterna bona
anhelabat. ferebat̃ totū desideriuꝫ eorū ad summa
et inuisibilia ne amore visibiliū traherent̃ ad infi-
ma. Noli frater amittere confidentiā ꝓficiendi ad
spūalia. adhuc habes tempus ⁊ horā. Quare vis ꝓ
crastinare ꝓpositū tuū? Surge ⁊ in instanti incipe
et dic. Nunc tempus est faciendi nūc tempus ē pu-
gnandi: nūc tempus aptū est emendandi. Quāto
male habes ⁊ tribularis tūc tempus est ꝓmerendi
Oportet transire ꝑ ignē ⁊ aquā anteq̄ venias in re
frigeriū. Nisi tibi vim feceris: vitiū nō superabis:
q̄diu istud fragile corpus gerimus. sine peccato eē
nō possumus nec sine tedio ⁊ dolore viuere. Libēter
haberemus ab omni miseria peccato quietē sed qꝛ
ꝑ peccatū ꝑdidimus innocentiā amisimꝰ etiā verā

beatitudinē. Ideo oportet nos tenere patientiā et dei expectare misericordiā donec transeat iniquitas hec ꝛ mortalitas absorbeaꝛ a vita. O quāta fragilitas humana que semꝑ prona est ad vicia. Hodie confiteris peccata tua: ꝛ cras iterū perpetras confessa. Nunc proponis cauere: ꝛ post horā agis: quasi nichil proposuisses. Merito ergo nosipsos humiliare possumꝰ nec vnq̄ aliquid magni de nobis sentire: quia tam fragiles ꝛ instabiles sumus. Cito etiam potest perdi per negligentiā: quod multo labore vix tandē acquisitū est per gratiā. quid fiet de nobis adhuc in fine: qui tepescimus tā mane? Ve nobis si sic volumus declinare ad quietē quasi iam pax sit et securitas: cū necdum appareat vestigium vere sanctitatis in nostra cōuersatione. Unde opꝰ esset quod adhuc iterū īstitueremur: tanq̄ boni nouitii ad mores optimos si forte spes esset de aliqua futura emendatione ꝛ maiori spirituali profectu.

De meditatione mortis. Capitulum 23.

Valde cito erit tecū hoc factum. vide aliter quomodo te habeas: hodie homo est ꝛ cras nō comparet. Cū aūt sublatus fuerit ab oculis cito etiam transit a mente. O hebetudo ꝛ duricia cordis humani q̄ solū presentia meditaꝛ: ꝛ futura nō magis preuidet. Sic te in omni facto ꝛ cogitatu deberes tenere: quasi statim esses moriturꝰ. Si bonā conscientiā haberes: nō multū mortē timeres. Melius esset peccata cauere: q̄ mortē fugere. Si hodie nō es paratus quō cras eris? Cras est dies incerta ꝛ quid scis si crastinū habebis? Quid prodest diu viuere quando tam parū emendamur?

Ab longa vita non semper emendat: sȝ sepe culpā
magis auget. Utinam per vnam diē bene essemus
conuersati in hoc mundo. Multi annos computāt
conuersionis: sed sepe paruus est fructus emendati
onis. Si formidolosum est mori: forsitan periculo
sius est diutius viuere. Beatus qui horā mortis sue
semper ante oculos habet ⁊ ad moriendū se quoti-
die disponit. Si vidisti aliquē hominē mori: cogita
quia ⁊ tu per eandē viam transibis. Cum mane fu
erit puta te ad vesperū nō peruenturū. Uespere au
tem facto mane nō audeas tibi polliceri. Semper
ergo paratus esto ⁊ taliter viue vt nunꝙ te impara
tum mors inueniat. Multi subito ⁊ improuise mo-
riuntur. nā hora qua nō putat̄: filius hominis vētu
rus est. Quando illa extrema hora venerit: multū
aliter sentire incipies de tota vita tua preterita: et
valde dolebis ꝙ tam negligens ⁊ remissus fuisti.
Quā felix ⁊ prudens qui talis nunc nitit̄ esse in vi-
ta qualis optat inueniri in morte. Dabit nāqȝ ma-
gnam confidentiam feliciter moriēdi perfectus cō
temptus mundi: feruens desideriū in virtutibus ꝓ
ficiendi: amor discipline labor penitentie: prompti
tudo obediētie: abnegatio sui: ⁊ supportatio cuius-
libet aduersitatis pro amore christi. Multa bona
potes operari dum sanus es: sed infirmatus nescio
quid poteris. Pauci ex infirmitate emendant̄ sic ⁊
qui multum peregrinantur raro sanctificant̄. No-
li confidere super amicos ⁊ proximos: nec in futu-
ris salutem tuam differas: quia citius obliuiscent̄
tui hoīes ꝙ estimas. Melius est nunc tempestine ꝓ
uidere ⁊ aliquid boni premittere: ꝙ super aliorum

auxilio sperare. Si nõ es ꝓ teipso solicitus modo quis erit pro te solicitus in futuro? Nũc tp̃s ẽ valde p̃ciosũ sꝫ prothdolor ꝙ hoc inutilius expendis i quo promereri vales vñ eternaliter viuas. Ueniet qñ vnũ diẽ seu horã pro emendatione desiderabis ⁊ nescio an ĩpetrabis. Eya carissime de quãto periculo te poteris liberare: de ꝙ magno timore eripere: si modo semꝑ timoratus fueris ⁊ de morte suspectus. Stude nũc taliter viuere: vt in hora mortis valeas potiꝰ gaudere ꝙ timere. Disce nũc mori mundo: vt tunc incipias viuere cũ christo. Disce nunc oĩa contẽnere: vt tũc possis libere ad christũ pergere. Castiga nũc corpus tuũ per penitentiam vt tũc valeas certã habere confidentiã. Ah stulte quid cogitas te diu victurũ: cũ nullũ diem habeas securũ. Quã multi decepti sunt: ⁊ insperate de corpore extracti. Quotiẽs audisti a dicentibus: quia ille gladio cecidit ille submersus ẽ: ille ab alto ruens ceruicẽ fregit: ille manducando obriguit: ille ludendo finẽ fecit: alius igne: alius ferro: alius peste: ⁊ alius latrocinio periit: ⁊ sic oĩm finis mors ẽ ⁊ vita hoĩm tanꝙ vmbra subito pertransit. Quis memorabit tui post mortẽ: ⁊ quis orabit ꝓ te. Age age nũc carissime quicquid agere potes. qꝛ nescis qñ morieris: nescis etiã quid tibi post mortẽ sequet. Dum tempus habes congrega tibi diuitias immortales. Preter salutẽ tuã nichil cogites: solũ que dei sunt cures. Fac nũc tibi amicos venerando dei sanctos: et eorũ actus imitando: vt cũ defeceris in hac vita illi te recipiant in eterna tabernacula. Serua te tanꝙ peregrinũ et hospitem

sup terrã: ad quẽ nichil spectat de mũdi negotiis. Serua cor liberũ ⁊ ad deũ sursũ erectũ: quia nõ habes hic manentẽ ciuitatẽ. Illuc p̃ces ⁊ gemit⁹ quotidianos cũ lacrimis dirige: vt spiritus tuus mereatur post mortẽ ad dñm feliciter transire. Amen.

¶ De iudicio ⁊ penis peccatorũ. Capm. 24.

In oĩbus rebus respice finẽ: ⁊ qualiter ante districtũ iudicẽ stabis: cũ nichil est occultũ: qui muneribus nõ placat̃: nec excusationes recipit sed quod iustũ est iudicabit. O miserrime ⁊ insipiens peccator quid respondebis deo oĩa mala tua scienti qui interdũ formidas vultũ hominis irati? At quid nõ p̃uides tibi in die iudicii: quando nemo poterit per aliũ excusari vel defendi: sꝫ vnusquisqꝫ sufficiens onus erit sibiipsi. Nunc labor tuus est fructuosus: fletus acceptabilis: gemit⁹ exaudibilis: dolor satisfactorius ⁊ purgatiuus. Habet magnũ ⁊ salubre purgatoriũ patiens homo qui suscipiens iniurias plus dolet de alterius malitia: q̃ de sua iniuria. qui pro contrariantibus sibi libẽter orat ⁊ ex corde culpas indulget: qui veniã ab aliis petere nõ retardat: qui facilius miseret̃ q̃ irascitur qui sibiipsi violentiã frequenter facit ⁊ carnem suam oĩno spiritui subiugare conat̃. Melius est modo purgare peccata ⁊ vitia resecare: q̃ ĩ futuro purganda reseruare. Vere nosipsos decipimus p inordinatũ amorẽ quẽ ad carnem habemus. Quid aliud ille ignis deuorabit nisi peccata tua. Quanto amplius tibiipsi nunc parcis ⁊ carnẽ sequeris: tanto durius postea lues ⁊ maiorẽ materiã cõburendi reseruas. In quibus homo peccauit: in illis graui-

us punient. Ibi accidiosi ardentibus stimulis pungentur: et gulosi ingenti fame ac siti cruciabuntur. Ibi luxuriosi et voluptatū amatores ardenti pice et fetido sulphure pfundent. Et sicut furiosi canes p dolore inuidiosi vlulabunt. Nullū vitiū erit quod suum ppriū cruciatū non habebit. Ibi superbi oi confusione replebunt: et auari miserrima egestate artabunt. Ibi erit vna hora grauior in pena: q̃ hic centū anni in amarissima penitētia. Ibi nulla requies est et nulla consolatio damnatis. Hic tamen interdū cessatur a laboribus: atq; amicorū fruitur solatiis. Esto modo solicitus et dolens pro peccatis tuis. vt in die iudicii sis securus cū beatis. Tunc eī iusti stabunt in magna constantia aduersus eos q̄ se angustiauerunt: et depresserunt. Tūc stabit ad iudicādū: qui modo se subiicit humiliter iudiciis hominū. Tunc magnā fiduciā habebit pauper et humilis: et pauebit vndiq; superbus. Tunc videbitur sapiens in hoc mundo fuisse: qui pro christo didicit stultus et despectus esse. Tūc placebit omnis tribulatio patienter ppessa: et omnis iniquitas opilabit os suum. Tunc gaudebit omīs deuotus et merebit omnis irreligiosus. Tunc plus exultabit caro afflicta q̃ si in delitiis fuisset semp nutrita. Tunc splendebit habitus vilis et obtenebrescet vestis subtilis tunc plus laudabit pauperculū domiciliū: q̃ deauratum palatiū. Tunc plus iuuabit constans patiētia q̃ omnis mundi potentia. Tunc amplius exaltabitur simplex obedientia: q̃ omīs secularis astutia. Tunc plus letificabit pura et bona conscientia: q̃ docta philosophia. Tunc plus ponderabit con-

temptus diuitiarum: q̄ totus thesaurus terrigena rum. Tunc magis consolaberis sup deuota oratio ne: q̄ sup delicata comestione. Tunc potius gaude bis de seruato silentio: q̄ de longa fabulatione. Tunc plus valebunt sancta opera: q̄ multa pulcra verba. Tunc plus placebit stricta vita ⁊ ardua pe nitentia: q̄ omnis delectatio terrena. Disce nūc in modico pati vt tunc a grauioribus valeas liberari Hic primo proba quid possis pati postea. Si nunc tam parū non vales sustinere: quō poteris tūc eter na tormenta sufferre? Si modo modica passio tam impatientem efficit quid gehenna tunc faciet? Ec ce vere nō potes duo gaudia habere: delectari hic ī mundo: ⁊ postea regnare in celo cū christo. Si vsqꝫ in hodiernū diē semp in honoribus ⁊ voluptatibus vixisses: quid totū tibi profuisset: si iam in instanti mori contingeret? Omnia ergo vanitas preter a mare deū: ⁊ illi soli seruire. Qui enī deū ex toto cor de amat: nec mortē nec suppliciū nec iudiciū nec ī fernū metuit: quia perfectus amor securū accessū ad deū facit. Quē aūt adhuc peccare delectat: non mirū si mortē ⁊ iudiciū timeat. Bonū tamen est vt si necdum amor a malo te reuocat: saltē timor ge hennalis coerceat. Qui vero timorē dei postponit diu stare in bono nō valebit: sed diaboli laqueos ci tius incurret.

¶ De feruēti emēdatiōe toti⁹ vite nr̄e. Cp̄m. 25.

Esto vigilans ⁊ diligens in dei seruitio ⁊ co gita frequenter ad quid venisti ⁊ cur seculū reliquisti. Nonne vt deo viueres: ⁊ sp̄ualis homo fieres? Igitur ad perfectum ferueas: quia

mercedem laborū tuorū in breui recipies: nec erit tunc amplius timor aut dolor in finibus tuis. Modicum nunc laborabis ꝛ magnā requiē imo ꝑpetuam leticiā inuenies. Si tu ꝑmanseris fidelis ꝛ feruidus in agendo: deus ꝓculdubio erit fidelis ꝛ locuples in retribuendo. Spem bonā retinere debes ꝙ ad palmā ꝑuenies: sed securitatē capere nō oportet ne torpeas aut elatus fias. Cum ei quidā anxiꝰ īter metū ꝛ spē freqnter fluctuaret ꝛ qdā vice merore confectus in ecclesia ante quoddā altare se in oratione prostrauisset hec inter se reuoluit dicens. O si scirē ꝙ adhuc ꝑseueraturus essem/ statimqꝫ audiuit intus diuinū responsū. Quid si hoc scires facere velles? Fac nunc ꝙ tunc facere velles ꝛ bene securus eris. Moxqꝫ consolatus ꝛ confortatus diuine se cōmisit voluntati ꝛ cessauit anxia fluctuatio: noluitqꝫ curiose inuestigare vt sciret que sibi essent futura sed magis studuit inquirere que esset voluntas dei beneplacens ꝛ ꝑfecta ad omne opus bonuꝫ inchoandū ꝛ ꝑficiendū. Spera in dn̄o ꝛ fac bonitatem ait ꝓpheta: ꝛ inhabita terrā ꝛ pasceris in diuitiis eius. Unū est qd̄ multos a ꝓfectu ꝛ feruenti emendatione retrahit: horror difficultatis seu labor certaminis. Enīuero illi maxime pre aliis in virtutibus ꝓficiunt qui ea que sibi magis grauia ꝛ contraria sunt viribus vincere nitunt̄. Nam ibi homo plus ꝓficit ꝛ gratiā meret̄ ampliorē vbi magis seipsū vincit ꝛ in spiritu mortificat. Sed nō oēs habent eque multū ad vincēdū ꝛ moriendū. Diligēs tamen emulator valentior erit ad ꝓficiendū etiaꝫ si plures habeat passiones ꝙ alius bene morigera-

tus: minus tamen feruens ad virtutes. Duo tamē specialiter ad magnā emendationē iuuant videli= cet subtrahere se violenter ad quod natura vitiose inclinat: et feruenter instare pro bono quo amplius quis indiget. Illa etiā studeas magis cauere et vin cere que tibi frequentius in aliis displicent. Ubiqȝ ꝓfectū tuū capias vt si bona exēpla videas vel au= dias ad imitandū accendaris. Si quid aūt reꝑhē= sibile consideraueris: caue ne idē facias: aut si ali= quando fecisti: citius emendare te studeas. Sicut oculus tuus alios considerat: sic iterū ab aliis no= taris. Quā iocundū et dulce est videre feruidos et deuotos fratres bene morigeratos et disciplīatos. q̄ triste est et graue videre inordinate ambulantes qui ea ad que vocati sunt nō exercent. Quā nociuū est negligere vocationis sue ꝓpositū et ad nō cōmis sa sensū inclinare. Memor esto arrepti ꝓpositi: et imaginē tibi ꝓpone crucifixi. Bene verecundari potes inspecta vita iesu christi: quia necdū magis illi te conformare studuisti: licet diu in via dei fuisti Religiosus qui se intente et deuote in sāctissima vi ta et passione dn̄i exercet oīa vtilia et necessaria sibi abundanter ibi inueniet: nec opus est vt extra iesū aliquid melius querat. O si iesus crucifixus in cor nostrū veniret q̄ cito et sufficienter docti essemus. Religiosus feruidus oīa bene portat et capit que il li iubent. Religiosus negligēs et tepidus habet tri bulationē sup tribulationē et ex omni parte patit angustiā. quia interiori consolatione caret et exteri orem querere ꝓhibet. Religiosus extra disciplinā viuens graui ruine patet. Qui laxiora querit et re=

missiora semp in angustiis erit. quia aut vnum aut
reliquũ sibi displicebit. Quomodo faciunt tã mul
ti alii religiosi q̃ satis arcti sũt: sub disciplina clau-
strali. Raro exeunt: abstracte viuunt: pauperrime
comedunt: grosse vestiunt: multũ laborant parum
loquunt: diu vigilant: mature surgunt: orationes p
longant: frequenter legũt: ⁊ se in omni disciplina
custodiunt. Attende carthusienses/ cistercienses et
diuerse religiõis monachos ac moniales qualiter
omni nocte ad psallendũ dño assurgũt. Et ideo tur
pe est vt tu deberes in tam sancto opere pigritare:
vbi tanta multitudo religiosorũ incipit deo iubila
re. O si nichil aliud faciendũ incũberet: nisi domi-
num deũ nostrũ toto corde ⁊ ore laudare. O si nun
q̃ indigeres comedere nec bibere nec dormire: sed
semp posses deũ laudare: ⁊ solũmodo spiritualibꝰ
studiis vacare: tũc multo felicior esses q̃ modo: cũ
carni ex qualicũqꝫ necessitate seruis. Utinam non
essent iste necessitates: sed solũmodo spirituales a-
nime refectiones quas heu satis raro degustamus
Quando homo ad hoc puenit q̃ de nulla creatura
consolationẽ suã querit: tunc ei deus primo pfecte
sapere incipit: tunc etiã bene contentus de oĩ euẽ-
tu rerũ erit: tunc nec pro magno letabit: nec p mo
dico contristabit: sed ponit se integre ⁊ fiducialiter
in deo qui est omnia in omĩbus: cui nichil vtiqꝫ pe-
rit nec morit: sed oĩa ei viuunt ⁊ ad nutũ sui incun
ctanter deseruiunt. Memento semp finis: ⁊ quia p
ditum nõ redit tempus. Sine solicitudine ⁊ diligẽ
tia nunq̃ acquires virtutes. Si incipis tepescere:
incipies male habere. Si aũt dederis te ad feruo-

rem: inuenies magnā pacē: et senties leuiorē laborem ꝓpter dei gratiā et virtutis amorē. Homo feruidus et diligens ad omīa est paratus. Maior labor est resistere vitiis et passionibus: quam corporalibus insudare laboribus. Qui paruos nō vitat defectus: paulatim labitur ad maiores. Gaudebis semper vespere: si diē expendas fructuose. Vigila super teipsum: excita teipsū: admone teipsum. et quicquid de aliis sit nō negligas teipsū. Tantū proficies quātū tibiipsi vim intuleris.

¶ Explicit liber primus.

¶ Incipit liber secūdus de interna conuersatiōe.
¶ Capitulum primum.

Regnū dei intra vos est dicit dn̄s. Conuerte te ex toto corde tuo ad dn̄m et relinque hunc miserū mundum et inueniet anima tua requiē. Disce exteriora contēnere et ad interiora te dare: et videbis regnū dei in te venire. Est enī regnū dei pax et gaudiū in spiritu sancto quod nō datur impiis. Veniet ad te christus ostēdēs tibi consolationē suā: si dignā illi abintus paraueris mansionē. Omnis gloria eius et decor abintra est: et ibi cōplacet sibi. Frequens illi visitatio cū homine interno: dulcis sermocinatio: gratia: cōsolatio: multa pax: familiaritas stupenda nimis. Eya aīa fidelis ꝓpara huic sponso cor tuū: quatenus ad te venire et in te habitare dignetur. Sic enī dicit. Si quis diligit me sermonē meū seruabit: et ad eū veniemus et māsionē apud eū faciemus. Da ergo christo locū et ceteris oībus nega introitū. Cū xp̄m ha

bueris: diues es et sufficit tibi. Ipse erit prouisor tuus et fidelis procurator in omnibus vt non sit opus tibi in hominibus sperare. Homines enim cito mutantur et deficiunt velociter: christus autem manet in eternum et astat vsque in finem firmiter. Non est magna fiducia ponenda in homine fragili et mortali: etiam si vtilis sit et dilectus: neque tristitia multa capienda ex hoc si interdum aduersetur et contradicat. Qui hodie tecum sunt cras contrariari possunt et econuerso sepe vt aura vertuntur. Pone totam fiduciam tuam in domino et sit ipse timor tuus et amor tuus. Ipse pro te respondebit et faciet bene sicut melius fuerit. Non habes hic manentem ciuitatem: et vbicunque fueris extraneus es et peregrinus: nec requiem aliquando habebis: nisi christo intime fueris vnitus. Quid hic circumspicis cum iste non sit locus tue requietionis. In celestibus debet esse habitatio tua: et sicut in transitu cuncta terrena sunt aspicienda: transeant omnia et tu cum eis pariter. Vide vt non inhereas ne capiaris et pereas. Apud altissimum sit cogitatio tua: et deprecatio tua: ad christum sine intermissione dirigatur. Si nescis alta speculari et celestia: requiesce in passione christi: et in sacris vulneribus eius libenter habita. Si enim ad vulnera et preciosa stigmata iesu deuote confugis magnam in tribulatione confortationem senties nec multum curabis hominum despectiones faciliterque verba detrahentium perferes. Christus fuit etiam in mundo ab hominibus despectus: et in maxima necessitate a notis et amicis inter opprobria derelictus. Christus pati voluit et despici et tu audes de aliquo conqueri. Christus habuit aduersarios et oblocutores: et

tu vis omnes habere amicos & benefactores. Unde coronabitur patiētia tua: si nil adversitatis occurrerit? Si nichil contrariū vis pati: quomodo eris amicus christi? Sustine te cū christo & pro christo: si vis regnare cū christo. Si semel perfecte introisses in interiora iesu & modicū de ardente eius amore sapuisses: tunc de proprio comodo vel incōmodo nichil curares: sed magis de opprobrio illato gauderes. quia amor iesu facit hominē seipsū contēnere. Amor iesu & verus internus & liber ab affectionibus inordinatis potest se ad deū libere convertere & elevare se supra seipsū in spiritu ac fruitive quiescere. Cui sapiunt oīa prout sunt nō vt dicuntur aut estimantur: hic vere sapiens est & doctus magis a deo q̄ ab hominibus. Qui ab intra scit ambulare & modicū res ab extra ponderare: nō requirit loca: nec tempora expectat ad habenda devota exercitia. Homo internus cito se recolligit quia nunq̄ se totum ad exteriora effundit. Non illi obest labor exterior aut occupatio ad tempus necessaria sed sicut res eveniūt sic se illis accōmodat. Qui intus bene dispositus est et ordinatus: nō curat mirabiles & perversos hominū gestus. Tantū homo impeditur et distrahitur quantū sibi res attrahit. Si recte tibi esset & bene purgatus esses: omnia tibi in bonū cederent & profectum. Ideo multa tibi displicent & sepe conturbāt quia adhuc nō es tibiipsi perfecte mortuus nec segregatus ab omnibus terrenis. nichil sic maculat & implicat cor hominis: sicut impurus amor in creaturis. Si renuis consolari exterius: poteris speculari celestia: et frequenter interius iubilare.



¶ De humili submissiõe sub plati regimine. Cpm. 2.

N On magnipendas quis p te vel cõtra te sit sed hoc age. et cura vt deus tecũ sit in omi re quã facis. Habeas conscientiã bonã: et deus bene te defensabit. Quẽ enĩ adiuuare voluerit: nullius puersitas nocere poterit. Si tu scis tacere et pati: videbis pculdubio dñi auxiliũ. Ipse nouit tempus et modũ liberandi te: et ideo debes te illi resignare. Dei est adiuuare et ab omni confusione liberare. Sepe valde prodest ad maiorẽ humilitatẽ conseruandã: q defectus nostros alii sciũt et redarguunt. Quãdo homo pro defectibus suis se humiliat tunc faciliter alios placat: et leuiter satisfacit sibi irascẽtibus. Humilẽ deus ptegit et liberat: humilẽ diligit et consolat. humili homini se inclinat humili largit gratiã magnã: et post suã depressionẽ leuat ad gloriã. humili sua secreta reuelat: et ad se dulciter trahit et inuitat. Humilis accepta contumelia et confusione: satis bene est in pace. quia stat in deo et nõ in mundo. Non reputes te aliquid profecisse: nisi oĩbus inferiorẽ te esse sentias.

¶ De bono pacifico homine. Cpm. 3.

P One te primo in pace: et tunc alios poteris pacificare. Homo pacificus plus prodest: q bene doctus. Homo passionatus etiã bonũ in malũ trahit: et faciliter malũ credit. Bonus pacificus homo omnia ad bonũ cõuertit. Qui bene i pace est: de nullo suspicat: qui aũt male contentus est et cõmotus: variis suspitionibus agitat: nec ipse quiescit: nec alios quiescere pmittit. Dicit sepe qd dicere nõ deberet: et omittit quod sepe sibi magis

facere expediret. Considerat quod alii facere tenē
tur: et negligit qđ ipse facere tenet. Habe ergo pri-
mū zelū sup temetipsū: tunc zelare poteris etiā iu-
ste pximū tuū. Tu bn̄facta tua scis excusare et tole
rare et alioꝝ nō vis recipe excusatiōes. Iustius eēt
vt te accusares et frēz tuū excusares. Si portari vis
porta et aliū. Uide ꝙ lōge es adhuc a vera caritate
et hūilitate q̄ nulli nouit īdignari vel irasci nisi tā
tum sibiipsi. Non est magnū cū bonis et māsuetis
conuersari. hoc enī oībus naturaliter placet: et v-
nusquisqꝫ libenter pacē habet: et secum sentientes
magis diligit. Sed cū duris et peruersis aut indi-
sciplinatis aut nobis contrariantibus pacifice pos
se viuere: magna gratia est et laudabile nimis viri
leqꝫ factū. Sed sunt qui seipsos in pace tenēt et cū
aliis etiā pacē habent. Et sunt qui nec pacē habēt:
nec alios in pace dimittunt. Alii sunt graues: sed
sibi sunt semp grauiores. Et sunt qui seipsos in pa-
ce retinent: et ad pacē alios reducere student: et ta-
men tota pax nostra in hac misera vita potius ī hu
mili sufferentia ponenda est ꝙ in nō sentiendo con
traria. Qui melius scit pati: pacē tenebit maiorē.
Iste est victor sui et dominus mundi: amicus chri-
sti: et heres celi.

¶ De pura mente et simplici intentione. Cpm. 4.

Duabus alis homo subleuat a terrenis/ sim
plicitate scilicet et puritate. Simplicitas
debet esse in intentione: puritas in affectiōe
Sīplicitas ītēdit deū: puritas apphēdit et gustat.
Nulla bona actio te īpediet: si liber intus ab oī ior-

dinato affectu fueris. Si nichil aliud q̄ dei bn̄placitū et proximi vtilitatē intendis: et queris: iterna libertate frueris. Si rectū cor tuū esset tunc omnis creatura speculū vite et liber sancte doctrine esset. Non est creatura tā parua et vilis que bonitatē dei nō representet. Si tu esses ītus bonus et purus: tūc omnia sine impedimento videres et caperes bene. Cor purū penetrat celū et infernū. Qualis vnusquisque intus est: taliter īdicat exterius. Si ē gaudium in mundo hoc vtique possidet puri cordis homo Et si ē alicubi tribulatio et āgustia hoc meli⁹ nouit mala ꝯscientia. Sicut ferrū missū in ignem amittit rubiginē et totū candens efficit: sic homo ad deum se integre conuertens a torpore exuit et in nouum hominē transmutat. Quando homo incipit tepescere: tunc parū metuit amorē: et libēter externam accipit consolationē. Sed quando ꝑfecte incipit se vincere et viriliter in via dei ambulare: tūc minus ea reputat: q̄ sibi prius grauia esse sētiebat.

De propria consideratione. Cꝑm. 5.

Non possumus nobisipsis nimis credere: q: sepe nobis gratia deest et sensus. Modicū lumen est in nobis: et hoc cito ꝑ negligentiam amittimus. Sepe etiā nō aduertimus q̄ tā ceci intus sumus. Sepe male agimus et peius excusamus: et passione interdū mouemur et zelū putam⁹. Parua in aliis rep̄hendimus: et nostra maiora ꝑtransimus. Satis cito sentimus et ponderamus q̄d ab aliis sustinemus: sed quātū alii a nobis sustinēt nō aduertimus. Qui bene et recte sua ponderaret: nō esset quod de alio grauiter iudicaret. Internus

homo suiipsius curã oibus curis anteponit: ꝛ qui sibiipsi diligenter intendit: faciliter de aliis tacet. Nunq̄ eris internus ꝛ deuotus nisi de alienis silueris: et ad teipsũ specialiter respexeris. Si tibi et deo totaliter intendis: modicũ te mouebit qđ foris ꝑcipis. Ubi es quando tibiipsi p̄sens nõ es? et quã do omĩa ꝑcurristi / quid te neglecto ꝓfecisti? Si debes habere pacẽ et vnionẽ verã: oportet q̄ totũ ad huc postponas ꝛ te solũ pre oculis habeas. Multũ ꝓinde ꝓficies si te feriatũ ab omni temporali cura conserues. Ualde deficies si aliquid temporale reputaueris. Nil altũ nil magnũ nil gratum nil acceptum tibi sit nisi pure deus aut de deo sit. Totũ vanũ estima quicquid consolationis occurrit de aliq̄ creatura. Amans deũ / aĩam sub deo: despicit vniuersa. Solus deus eternus et ĩmensus implẽs omnia: solatiũ est anime et vera cordis leticia.

¶ De leticia bone conscientie. Cpm. 6.

Gloria boni hominis testimoniũ bone conscientie est. Habe bonã conscientiã: ꝛ semꝑ habebis leticiã. Bona ꝯscientia valde multa potest portare: et valde leta ẽ inter aduersa. Mala conscientia semꝑ timida est et inquieta. Suauiter requiesces: si te cor tuũ nõ reꝑhenderit. Noli letari nisi cũ benefeceris. Mali nunq̄ habent veraȝ leticiã nec internã sentiunt pacẽ quia nõ ẽ pax impiis dicit dñs. Et si dixerint in pace sumus nõ venient suꝑ nos mala: et quis nobis nocere audebit? Et credas eis: quoniã repente exurget ira dei et in nichilũ redigent̃ actus eorũ: et cogitationes eoruȝ peribunt. Gloriari in tribulatiõe nõ est graue amã

ti: sic enī gloriari est in cruce domini gloriari. Bre-
uis gloria que ab hominibus dat͛ et accipitur. Mū-
di gloriā semper comitat͛ tristitia. Bonorū gloria
in conscientiis eorū ⁊ non in ore hominum. Iusto-
rum leticia de deo et in deo est: ⁊ gaudium eoꝝ de
veritate. Qui verā et eternam gloriā desiderat tē-
poralem nō curat. Et qui temporalem querit glori
am: aut nō ex animo contēnit: minus amare cōuin
citur celestem. Magnā habet cordis tranquillita-
tem: qui nec laudes curat nec vituperia. Facile erit
contentus ⁊ pacatus cuius conscientia munda est.
non es sanctior si lauderis nec vilior si vitupereris
Quod es hoc es nec maior dici vales q̄ deo teste sis
Si attēdis q̄d apud te sis ītus nō curabis q̄d de te
loquant͛ hoīes foris. Homo videt ī facie: deꝰ aūt ī
corde. Homo ꝯsiderat actꝰ: deꝰ pēsat ītētiones. Bū
sēp agere ⁊ modicū de se tenere hūil:s aīe indiciū ē
Nolle consolari ab aliqua creatura: magne purita
tis et interne fiducie indiciū est. Qui nullum extrī
secus pro se testimoniū querit: liquet q̄ se deo tota-
liter cōmisit. Non enī qui seipsū comendat ille ꝓ-
batus est ait beatus paulus: sed quē deus cōmēdat
Ambulare cum deo intus nec aliquā affectione te
neri foris: status est interni hominis.

¶ De amore iesu super omnia. Cpm. 7.

Beatus qui intelligit quid sit amare iesū: et
contēnere seipm ꝑpter iesū. Oportet dile-
ctum pro dilecto relinquere: quia iesus vult
solus super omnia amari. Dilectō creature fallax
et instabilis/dilectio iesu fidelis ⁊ perseuerabilis.
Qui adheret creature cadet cū labili: qui ample

ctitur iesū firmabitur in euum. Illum dilige et ami
cum tene tibi: qui omnibus recedentibus te nō de=
relinquet nec patit̄ in fine perire. Ab hominibus
oportet te aliquando separari siue velis siue nolis.
Teneas te apud iesum viuens et moriens et illius fi
delitati te cōmitte qui omnibus deficientibus so=
lus potest te iuuare. Dilectus tuus talis est nature
vt alienum non velit admittere sed solus vult cor
tuū habere et tanq̄ rex in proprio throno sedere.
Si scires te bene ab omni creatura euacuare iesus
deberet libenter tecū habitare. Pene totū perdi=
tum inuenies: quicquid extra iesū in omnibus po=
sueris. Non confidas nec innitaris super calamuz
ventosum quia omnis caro fenū et omnis gloria e=
ius vt flos feni cadet. Cito decipieris si ad externā
hoīm apparentiā tantū aspexeris. Si enim tuum
in aliis queris solatium et lucrū: senties sepe detri=
mentū. Si queris in oībus iesum inuenies vtiq̄ ie
sum. Si aūt queris teip̄m inuenies teip̄m: sed ad
tuā perniciē. Plus enī homo nociuior sibi si iesuz
nō querit: q̄ totus mūdus et omnes sui aduersarii.

¶ De familiari amicicia iesu. ¶ Cp̄m. 8.

Quando iesus adest totū bonum est nec quic
q̄ difficile videtur. Quando vero iesus nō
adest totum durū est. Quando iesus intus
nō loquitur consolatio vilis est. Si aūt iesus vnuz
verbū loquit̄ tantū: magna cōsolatio sentit̄. Non
ne maria magdalena statim surrexit de loco ī quo
fleuit quando martha illi dixit. Magister adest
et vocat te. Felix hora quando iesus vocat de la=
crimis ad gaudium spiritus. Q̄ aridus et durus

es sine iesu: q insipiens et vanus si cupis aliqd extra iesu. Nonne hoc est maius damnu q si totu pderes mundu. Quid potest mundus conferre sine iesu? Esse sine iesu grauis est infernus: et esse cu iesu dulcis paradisus. Si fuerit tecu iesus nullus poterit nocere inimicus. Qui inuenit iesu inuenit thesaurum bonu. imo bonu sup omne bonu. Et qui pdit iesu perdit nimis multu et plus q totu mundum. Pauperrimus est qui viuit sine iesu. Ditissimus q bene est cu iesu. Magna ars est scire couersari cum iesu et scire iesu tenere magna prudentia. Esto humilis et pacificus et erit tecu iesus. Sis deuotus et quietus et pmanebit tecu iesus. Potes cito fugare iesu et gratia eius pdere si volueris ad exteriora declinare. Et si illu effugaueris et pdideris ad quez tuc fugies? et que tunc queres amicu? Sine amico no potes diu viuere: et si iesus no fuerit tibi pre oibus amicus: eris nimis tristis et desolatus. Fatue igitur agis si in aliquo altero cofidis et letaris. Eligendum est magis totu mundu habere contrariu: q iesum offensu. Ex oibus ergo caris sit iesus dilectus specialis. Diligant omnes pter iesu iesus aut propter seipsu. Solus iesus christus singulariter est amandus: qui solus bonus et fidelis inuenit pre omnibus amicis. Propter ipm et in ipso tam amici q inimici: tibi sint cari et p omnibus his exorandus est vt omnes ipm cognoscant et diligant. Nunq cupias singulariter laudari et amari: quia hoc solius dei est qui simile sibi no habet. Nec velis q aliquis in corde tuo tecu occupet: neq tu cu alicuius occuperis amore sed sit iesus in te et in omni bono

homine. Esto purus et liber abintus sine alicuius creature implicamẽto. Oportet esse nudũ et purũ: cor ad iesũ gerere si vis vacare et videre ꝙ suauis ẽ dñs. Et reuera ad hoc non peruenies nisi gratia eius fueris ꝑuentus et intractus: vt omnibus euacuatis et licentiatis solus cũ solo vniaris. Quando enim gratia dei venit ad hominẽ: tunc potens fit ad omnia et quando recedit tunc paup et infirmus erit: et quasi tantũ ad flagella relictus. In his nõ debes deiici nec desperare: sed ad volũtatẽ dei equanimiter stare: et cuncta superuenientia tibi ad laudez iesu christi perpeti. qꝛ post hyemẽ sequit estas: post noctem redit dies et post tẽpestatẽ serenitas magna.

¶ De carentia oĩs solatii. Cpm. 9.

Non est graue humanũ contẽnere solatium cũ adest diuinũ. Magnũ ẽ et valde magnũ tam humano ꝙ diuino posse carere solatio et ꝓ honore dei libenter exiliũ cordis velle sustinere: et in nullo seipsũ querere nec ad ꝓpriũ merituz respicere. Quid magni es si hilaris sis ꝛ deuot⁹ ad ueniente gratia optabilis cunctis hec hora. Satis suauiter equitat quẽ gratia dei portat. Et quid mirũ si onus nõ sentit qui portat ab oĩpotente et ducitur a sũmo ductore. Libẽter habemus aliquid ꝓ solatio et difficulter homo exuit a seipso. Vicit sãctus martyr Laurẽtius seculũ cũ suo sacerdote. qꝛ omne quod in mũdo delectabile videbat despexit et dei sũmi sacerdotẽ Sixtum quẽ maxime diligebat ꝓ amore christi etiã a se tolli clementer ferebat Amore igit creatoris amorẽ hominis superauit et pro humano solatio diuinũ beneplacitũ magis ele

git. Ita ⁊ tu aliquē necessariū ⁊ dilectū amicū pro amore dei disce relinquere. Nec grauiter feras cuȝ ab amico derelictus fueris sciens quoniā oportet nos omēs tandē ab inuicē separari. Multū et diu oportet hoīem in seipso certare. anteꝗ̄ discat seipȝ plene superare: ⁊ totū affectū suū plene in deū trahere. Quando homo stat sup seipso: facile labitur ad consolationes humanas. Sed ver⁹ christi amator ⁊ studiosus sectator virtutū nō cadit super illas consolationes nec querit tales sensibiles dulcedines: sed magis fortes exercitationes: ⁊ ꝓ christo duros sustinere labores. Cū igit̄ spiritualis consolatio a deo datur cū gratiarū actione accipe eā sȝ dei munus intellige esse nō tuū merituȝ: ⁊ noli extolli. Noli nimiū gaudere nec īaniter presumere: sȝ esto magis humilior ex dono: cautior q̄ꝗ̄ ⁊ timoratior ī cūctis actibus tuis: quoniā transibit hora illa ⁊ sequetur tentatio. Cū ablata fuerit consolatio nō statim desperes sed cū humilitate ⁊ patientia expecta celestē visitationē. quia potens est deus ampliorē tibi redonare gratiā ⁊ consolationē. Istud nō ē nouum nec alienū viā dei expertis quia in magnis sāctis ⁊ in antiquis ꝓphetis fuit talis sepe alternationis modus. Unde quidā p̄sente iā gratia dicebat Ego dixi in abundātia mea nō mouebor ineternuȝ Absente aūt gratia quid in se fuerit exptus adiungit dicens. auertisti faciē tuā a me ⁊ factus sum conturbatus. Inter hec tñ nequaꝗ̄ desperat sed īstāti⁹ dñm rogat et dicit. Ad te domine clamabo ⁊ ad deum meū dep̄cabor. Deniqȝ orationis sue fructū reportat ⁊ se exauditū testatur dicens. Audiuit domi

tuus ꝛ misertus est mei dominus factus est adiutoꝛ meus. Sed in quo? Conuertisti inquit planctū me um in gaudiū michi ꝛ circundedisti me leticia. Et si sic actū est cū magnis sanctis nō est desperanduꝫ nobis infimis ꝛ pauperibus si interdū in frigiditate: ꝛ interdū in feruoꝛe sumus quoniā spirit⁹ venit ꝛ recedit: secundū sue voluntatis beneplacitū. Unde beatus iob ait. Uisitas eū diluculo ꝛ subito probas illū. Super quid igiꝰ sperare possū aut in quo confidere debeo nisi in sola magna misericoꝛdia dei ꝛ in sola spe grē celestis? Siue ei assint homines boni siue deuoti fratres ꝛ amici fideles siue libꝛi sancti vel tractatus pulcri siue dulcis cantus ꝛ hymni omīa hec modicū iuuant ꝛ modicū sapiūt quando desertus sū a gratia ꝛ in ꝓpria paupertate relictus. Tunc nō est melius remediū ꝙ patientia ꝛ abnegatio mei in voluntate dei. Nunꝙ īueni aliquē religiosū qui nō habuerit interdū gratie subtractionē: aut nō senserit feruoꝛis diminutionem. Nullus sanctus fuit vnꝙ tam alte raptus ꝛ illuminatus qui prius vel postea nō fuit tentatus. Nō enī dignus est alta dei contemplatione: qui ꝓ deo nō ē exercitatus aliqua tribulatione. Solet enī sequentis cōsolationis tentatio ꝑcedens esse signū. Nam tētatiōib⁹ ꝓbatis celestis ꝓmittiꝰ cōsolatio. Qui vicerit inquit dabo ei edere de ligno vite. Daꝰ etiā cōsolatio diuina vt homo foꝛtioꝛ sit ad sustinenduꝫ aduersa. Sequiꝰ etiā tentatio ne se eleuet de bono Nō doꝛmit diabolus nec caro adhuc moꝛtua est: ideo nō cesses ꝑparare te ad certamē qꝛ a dexteris ꝛ a sinistris sunt hostes qui nunꝙ quiescunt.

¶ De gratitudine pro gratia dei. Cpm. 10.

Quid queris quietē cū natus sis ad laborē? Pone te ad patientiā magis q̃ ad consolationē. ad crucē portandā magis q̃ ad leticiam. Quis enī seculariū nō libenter consolationē et leticiā spiritualē acciperet: si semꝑ obtinere posset? Excedunt enī spirituales consolationes omēs mundi delicias ⁊ carnis voluptates. Nam oēs delitie mundane: aut turpes sunt aūt vane. Spirituales vero delitie sole iocunde ⁊ honeste ex virtutibus ꝓgenite ⁊ a deo puris infuse mentibus. Sed istis diuinis consolationibus nemo semper ꝓ suo affectu frui valet. quia tempus tentationis non diu cessat. Multū contrariaꝛ superne visitationi falsa libertas animi ⁊ magna confidentia sui. Deus bene facit consolatiōis gratiā dando: sed homo male agit nō totū deo cū gratiarū actione retribuendo. Et ideo nō possunt in nobis dona gratie fluere: quia ingrati sumus auctori: nec totū refūdimus fontali origini. Semper enī debeꝛ gratia digne gratias referenti. aufereꝛ ab elato quod dari solet humili. Nolo consolationē que michi aufert compunctionem nec affecto contemplationē que ducit in elationē. Non enī omne altū sanctū: nec omne desideriū purū: nec omne dulce bonū: nec omne carū gratum deo. Libenter accepto gratiā vnde humilior timoratior īueniar: atq͡ ad relinquēdū me paratior fiam. Doctus dono gratie ⁊ eruditus subtractiōis verbere nō sibi audebit quicq̃ boni attribuere sed potius se pauperē ⁊ nudū confitebiꝛ. Da deo quicquid dei est: ⁊ tibi ascribe quod tuū est. hoc est deo

gratias pro gratia tribue. tibi aũt soli culpã: et di-
gnam penã pro culpa deberi sentias. Pone te sem
per ad infimũ ꝛ dabiꝫ tibi summũ. nã summũ non
stat sine infimo. Sũmi sãcti apud deũ minimi sũt
apud se: ꝛ quanto gloriosiores tanto in se humilio-
res: pleni veritate ꝛ gloria celesti: nõ vane glorie cu
pidi. In deo fundati ꝛ confirmati nullo modo pos-
sunt esse elati: ꝛ qui deo totũ ascribũt quicquid bo-
ni acceperunt. gloriã ab inuicẽ nõ querunt: sed glo
riã que a solo deo est volunt et deũ in se ꝛ in omnibꝰ
sanctis laudari super omnia cupiunt: et semper in
idipsũ tendunt. Esto igitur gratus in minimo et e-
ris dignus maiora accipere. Sit tibi minimũ etiã
pro maximo: et magis contemptibile ꝓ speciali do
no. Si dignitas datoris inspiciꝫ: nullũ datũ paruũ
aut munus vile videbiꝫ. Non enĩ paruũ est quod a
summo deo donaꝫ: etiã si penas et verbera donaue
rit gratũ esse debet: quia semper ꝓ salute nostra fa
cit quicquid nobis aduenire permittit. Qui grati
am dei retinere desiderat sit gratus pro gratia dei
data: patiens ꝓ sublata: oret vt redeat. cautus sit ꝛ
humilis ne amittat.

¶ De paucitate amatorũ crucis iesu. Cꝑm. xi.

Habet iesus nũc multos amatores regni sui
celestis: sed paucos baiulatores sue crucis.
Habet multos desideratores consolationis
sed paucos tribulationis. Plures inuenit socios
mense sed paucos abstinentie. Oẽs volunt cũ chri-
sto gaudere: sed pauci volunt pro ipso aliquid susti-
nere. Multi sequunꝫ iesũ vsqꝫ ad fractionẽ panis:
sed pauci ad bibendũ calicẽ passionis. Multi mira

cula eius venerant: sed pauci ignominiã crucis se-
quũtur. Multi iesũ diligunt: q̃diu aduersa nõ con-
tingunt. Multi illũ laudant et benedicũt: q̃diu cõ
solationes aliquas ab ipso recipiũt. Si aũt se iesus
absconderet et modicũ eos relinqueret: aut in que
rimoniã: aut in deiectionẽ nimiã cadunt. Qui aũt
iesũ ꝓpter iesum et nõ ꝓpter suã aliquã consolati
onẽ ꝓpriã diligunt ipm in tribulatione ⁊ in angu-
stia cordis: sicut in sũma consolatione benedicunt.
Et si nunq̃ eis consolationẽ dare vellet: ipm tamẽ
semp laudarent ⁊ semp gratias agere vellent. O
q̃tum potest amor iesu purus nullo ꝓprio cõmodo
vel amore pmixtus. Nõne omnes mercẽnarii sunt
dicendi: qui consolationes semp querunt. Nõne a-
matores sui magis q̃ christi ꝓbentur: qui sua cõmo
da vel lucra semp meditant. Ubi inuenit talis q̃
velit deo seruire gratis? Raro inuenit tã spiritua-
lis aliquis q̃ oĩbus sit nudat⁹. Nã vex spiritu pau
perem ab oĩ creatura nudũ quis ĩuenıet? Procul
⁊ de vltimis finibus preciũ eius. Si dederit homo
oẽm substantiã suã: adhuc nichil est. ⁊ si fecerit pe-
nitentiã magnã adhuc exiguũ est. ⁊ si apprehende-
rit oẽm scientiã: adhuc longe est. ⁊ si habuerit vir-
tutẽ magnã et deuotionẽ nimis ardẽtẽ adhuc mul
tum sibi deest. Unum scilicet quod sibi summe ne
cessarium est. Quid illud? Ut oĩbus relictis se re-
linquat ⁊ a se totaliter exeat. nichilq3 de priuato a-
more retineat. Cũ omnia fecerit que facienda no-
uerit: nichil se fecisse sentiat. Non grande ponde-
ret q̃ grandis estimari possit sed in veritate seruuz
inutilem se pronunciet: sicut veritas ait. Cum fece

ritis omīa que precepta vobis sunt adhuc dicite qr serui inutiles sumus. Tunc vero pauper et nudus spiritu esse poterit: ⁊ cū propheta dicere. Quia vnicus et pauper sum ego. Nemo isto ditior. nemo tñ liberior nemo potentior illo qui scit se ⁊ omnia relinquere ⁊ ad infimū se ponere.

¶ De regia via sancte crucis. ¶ Cpm. xii.

Durus hic multis videtur sermo. Abnega temetipm / tolle crucē tuā ⁊ sequere iesum. Sed multo durius erit audire illud extremum verbū. Discedite a me maledicti in ignē eternum. Qui enī modo libenter audiunt et sequūtur verbū crucis: tunc nō timebunt ab auditione male eterne damnationis. Hoc signū crucis erit in celo cū dñs ad iudicandū venerit. Tunc omnes serui crucis qui se crucifixo ꝯformauerūt in vita ad christum accedent iudicem cū magna fiducia. Quid igitur times tollere crucē per quā itur ad regnuz? In cruce salus: in cruce vita: in cruce protectio ab hostibus: in cruce infusio superne suauitatis: ī cruce robur mentis: in cruce gaudium spiritus: in cruce virtus summa: in cruce perfectio sanctitatis. Non est salus anime nec spes eterne vite nisi in cruce. Tolle ergo crucem et sequere iesum: et ibis in vitam eternam. Precessit ille baiulans sibi crucē et mortuus est ꝓ te in cruce: vt tu etiam portes crucez et mori affectes in cruce: quia si cōmortuus fueris etiam cū illo pariter viues: et si socius fueris pene: socius eris et glorie. Ecce in cruce totū constat et in moriendo totū iacet: et nō est alia via ad vitā et ad verā internā pacē nisi via sancte crucis et q̄tidiane

mortificationis. Ambula vbi vis: quere quodcūq; volueris: ⁊ nō inuenies altiorē viā supra: nec securiorē viā infra nisi viā sancte crucis. Dispone ⁊ ordina omnia ꝫm tuū velle ⁊ videre ⁊ nō inuenies nisi semper aliquid pati debere aut sponte aut inuite ⁊ ita crucē semꝑ inuenies. Aut enī in corpore dolorem senties: aut in anima spiritus tribulationē sustinebis. Interdū a deo relinqueris: interdū a proximo exercitaberis: ⁊ quod āplius est sepe tibimet ipsi grauis eris: nec tamen aliquo remedio vel solatio liberari seu alleuiari poteris: sed donec deus voluerit oportet ꝙ sustineas. Uult enī deus vt tribulationē sine consolatiōe discas pati ⁊ vt illi totaliter te subiicias: ⁊ hūilior ex tribulatiōe fias. Nemo ita cordialit̄ sētit passionē xp̄i sicut is cui ꝯtigerit similia pati. Crux igit̄ semper parata est et vbiq; te expectat. Non potes effugere vbicūq; cucurreris: qꝛ vbicunq; veneris teipsū tecū portas ⁊ semꝑ teipsū inuenies. Conuerte te supra conuerte te infra conuerte te extra ⁊ intra: ⁊ in his oībus inuenies crucem. ⁊ necesse est te vbicunq; tenere patientiā si internā vis habere pacē ⁊ perpetuā promereri coronā. Si libēter crucē portas: portabit te ⁊ deducet te ad desideratū finē vbi. s. finis patī ēdi erit: q̄uis hic nō erit. Si iuite portas: onꝰ tibi facis: ⁊ teipsū magis grauas ⁊ tñ oportet vt sustieas. Si abiicis vnā crucē: aliā proculdubio inuenies ⁊ forsitan grauiorem. Credis euadere quod nullus mortaliū potuit preterire? Quis sanctorū in mundo sine cruce ⁊ tribulatione fuit? Nec enī dñs noster iesus christus vna hora sine dolore passionis fuit q̄diu vixit. Opor

tebat aũt christũ pati ⁊ resurgere a mortuis ⁊ ita ĩ
trare in gloriã suã. Et quomodo tu aliã viã queris
q̃ hanc regiã viam que est via sancte crucis? Tota
vita christi crux fuit ⁊ martyriũ: ⁊ tu tibi queris re
quiem ⁊ gaudiũ. Erras erras si aliud queris q̃ pa=
ti tribulationes: quia tota ista vita mortalis plena
miserijs ⁊ circũsignata crucibus. Et quãto altius
quis in spiritu ꝓfecerit: tanto grauiores cruces se=
pe inueniet. quia exilii sui pena magis ex amore cre
scit. Sed tñ iste sic multipliciter afflictus nõ est si=
ne leuamine consolationis quia fructũ magnũ sibi
sentit accrescere ex sufferentia sue crucis. Nam dũ
sponte illi se subiicit: omne onus tribulationis ĩ fi=
duciam diuine consolationis conuertit. Et quanto
caro magis p tribulationez atterit: tanto amplius
spiritus per internã consolationẽ roborat. Et non
nunq̃ intantũ confortat ex affectu tribulationis ⁊
aduersitatis ob amorẽ conformitatis crucis christi
vt nõ sine dolore ⁊ tribulatiõe esse vellet: quoniam
tanto se acceptiorẽ deo credit quanto plura ⁊ gra=
uiora ꝓ eo perferre poterit. Non est illud virt⁹ ho=
minis sed gratia christi: qui tanta potest ⁊ agit ĩ car=
ne fragili: vt quod naturaliter semp abhorret ⁊ fu=
git hoc feruore spiritus aggrediat et diligat. Non
est scd̃m hominẽ crucẽ portare crucẽ amare: corp⁹
castigare: ⁊ seruituti subiicere: honores fugere: cõ=
tumeliã libenter sustinere: seipsũ despicere ⁊ despi
ci optare: aduersa queq3 cũ damnis perpeti: et ni=
chil prosperitatis in hoc mũdo desiderare. Si ad te
ipsũ respicis: nichil huiusmodi ex te poteris: sed si
in dño cõfidis: dabitur tibi fortitudo de celo: ⁊ sub=

ficietur ditioni tue mundus et caro. Sed nec inimi cum diabolū timebis si fueris fide armatus ꝛ iesu cruce signatus. Pone ergo te sicut fidelis et bonꝰ seruus christi ad portandā viriliter crucē dn̄i tui ꝓ te ex amore crucifixi. Prepara te ad tolerāda mul ta aduersa et varia incōmoda in hac misera vita: qꝛ sic tecū erit vbicūqꝫ fueris: et sic reuera eū inue nies vbicunqꝫ latueris. Oportet te ita esse et nō est remedium euadendi a tribulatione malorum et dolore q̄ꝫ vt te patiaris. Calicē dn̄i affectāter bibe si amicus eius esse et partē cū eo habere desideras. Consolationes deo cōmitte faciat ipse cū talibꝰ si= cut sibi magis placuerit. Tu vero pone te ad susti= nendū tribulationes ꝛ reputa eas maximas conso lationes qꝛ nō sunt condigne passiones huius tp̄is ad futurā gloriā que reuelabit in nobis ꝓmerendā etiā si solus oēs posses sustinere. Quādo ad hoc ve neris q̄ꝫ tribulatio tibi dulcis est et sapit ꝓ xp̄o: tūc bene tecū esse estima: quia inuenisti paradisū ī ter= ra: q̄diu pati tibi graue est et fugere queris: tādiu male habebis et sequet te vbiqꝫ fuga tribulatiōis. Si ponis te ad quod esse debes videlicet ad patien dū et moriendū fiet cito melius et pacē inuenies. Etiā ꝛ si raptꝰ fueris in terciū celū cū paulo nō es ꝓpterea securatus de nullo contrario sustinendo. Ego inquit iesus ostendā illi quanta oporteat eū ꝓ noīe meo pati. Pati ergo tibi remanet si iesū dili gere et ꝑpetue illi seruire placet. Utinā dignus es= ses ꝓ noīe iesu aliquid pati. q̄ꝫ magna gloria rema neret tibi q̄nta exultatio oībus sanctis dei: q̄nta e= dificatio esset ꝓximi. Nā patientiā oēs recōmēdāt

quis pauci tñ pati velint. Merito deberes libēter modicū pati ꝓ christo cū multa grauiora patiaris ꝓ mundo. Scias ꝓ certo q2 moriente te: oportet te ducere vitā: et quanto plus quisqꝫ sibi morit: tanto deo magis viuere īcipit. Nemo apt9 est ad cōprehēdendū celestia nisi se submiserit ad portādū ꝓ christo aduersa. Nichil deo acceptius tibi salubrius in mundo isto q̈ libenter pati ꝓ christo. Et si eligēdū tibi esset magis optare deberes pro christo aduersa pati q̈ multis cōsolationibus recreari: quia christo similior esses: et oībus sanctis eius magis cōformior. Non enī stat meritū nostrū et ꝑfectus status nostri in multis suauitatibus et cōsolationibus: sꝫ potius in magnis grauitatibus: et tribulationibus ꝑferendis. Siquidē aliquid melius et vtilius saluti hoīm q̈ pati fuisset: christus vtiqꝫ verbo et exēplo ostendisset. Nā et sequentes se discipulos omnesqꝫ eū sequi cupientes manifeste ad crucē portandam ortaꝛ et dicit. Si quis vult venire post me: abneget semetipm̄ et tollat crucē suā et sequaꝛ me. Oīb9 ergo legētis et scrutātis sit ista finalis cōclusio. Quoniam ꝑ multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

¶ Explicit liber secundus.

¶ Incipit liber tercius de interna christi locutiōe ad animam fidelem. ¶ Cpm.1.

Audiam quid loquaꝛ in me dn̄s deus. Beata aīa que dn̄m in se loquētē audit ⁊ de ore eius verbū consolationis accipit. Beate aures q̄ venas diuini susurri suscipiūt et de mūdi hui9 susurratiōib9 nichil aduertūt. Be

ate plane aures que nõ vocẽ foris sonantẽ: sed inte
rius auscultant veritatẽ loquentẽ ꝛ docentẽ. Bea-
ti oculi qui exterioribus clausi: interiorib⁹ aũt sũt
intenti. Beati qui interna penetrant: ꝛ ad capien-
da archana celestia magis ac magis ꝑ quotidiana
exercitia se student preparare. Beati qui deo vaca-
re gestiunt ꝛ ab omni impedimento seculi se excuti
unt. Animaduerte hec o anima mea ꝛ claude sen-
sualitatis tue ostia vt possis in te audire quid loqua
tur dñs deus in te. Hec dicit dilectus tuus. Salus
tua ego sum: pax tua ꝛ vita tua. Serua te apud me
ꝛ pacẽ inuenies. Dimitte omnia transitoria et que
re eterna. Quid sunt omnia temporalia nisi sedu-
ctoria? ꝛ quid iuuant omẽs creature: si fueris a cre
atore deserta? Oĩbus ergo abdicatis creatori tuo
te redde placidam ac fidelẽ vt verã valeas apphen
dere beatitudinẽ.

¶ Quod veritas intus loquiť sine strepitu verbo-
rum. Capitulum. 2.

Loquere dñe quia audit seruus tuus. Ser-
uus tuus ego sũ da michi intellectũ vt sciã
testimonia tua. Inclina cor meum in verba
oris tui. fluat vt ros eloquiũ tuũ. Dicebant olim fi
lii israel ad moysem. loquere nobis tu ꝛ audiemus.
nõ loquať nobis dñs ne forte moriamur. Nõ sic dñe
nõ sic oro sed magis cũ samuele ꝓpheta humiliter
ac desideranter obsecro. Loquere dñe qꝛ audit ser
uus tuus: nõ loquať michi moyses aut aliquis ex ꝓ
phetis: sed potius tu loquere dñe deus inspirator ꝛ
illuminator oĩm prophetarũ quia tu solus sine eis
potes me perfecte imbuere: illi aũt sine te nichil ꝓ

ficient. Possunt quidē verba sonare sed spiritum nō ꝯferunt. Pulcerrime dicūt sed te tacēte cor nō accendunt. Litteras tradunt: sed tu sensū aperis. Mysteria proferunt: sed tu reseras intellectum signatorū. Mandata edicunt sed tu iuuas ad perficiendū. Uiam ostendunt sed tu confortas ad ambulandū. Illi foris tantū agunt: sed tu corda instruis ⁊ illuminas. Illi exterius rigant: sed tu fecunditatē donas. Illi clamant verbis sꝫ tu auditui intelligentiā tribuis. Non ergo loquaꝛ michi moyses sꝫ tu domine deus meus eterna veritas ne forte moriar ⁊ sine fructu efficiar. Si fuero tantū foris admonitus ⁊ intus nō accensus: ne sit michi ad iudiciuꝫ verbū auditū ⁊ nō factū cognitū nec amatū: creditum ⁊ nō seruatū. Loquere igiꝛ dn̄e quia audit seruus tuus. Uerba enī vite eterne habes loquere michi ad qualēcūqꝫ anime mee cōsolationē ⁊ da toti us vite mee emendationē tibi aūt ad gloriā ⁊ ꝑpetuum honorē.

¶ Quod verba dei cū humilitate sunt audienda: et ꝙ multi ea nō ponderant. Cpm. 3.

Audi fili mi verba mea verba suauissima ⁊ oēm philosophorū et sapientiū huius mundi scientiā excedentia. Uerba mea spiritus ⁊ vita sunt: nec humano sensu pensanda. Non sunt ad vanā complacentiā trahenda: sed in silentio audienda ⁊ cū oī humilitate atqꝫ affectu magno suscipienda. ⁊ dixi. Beatus est quē tu erudieris dn̄e ⁊ de lege tua docueris eū vt mitiges ei a diebus malis ⁊ nō desoletur in terra. Ego inquit dn̄s docui ꝓphetas ab initio ⁊ vsqꝫ nunc nō cesso omibus loqui sed

multi ad vocē meā surdi sunt ⁊ duri. Plures mundum libentius audiunt q̄ deū: facilius sequunt̄ carnis sue appetitū q̄ dei bn̄placitū. Promittit mundus tp̄alia ⁊ parua ⁊ seruitur ei auiditate magna. Ego ꝓmitto sūma ⁊ eterna: ⁊ torpescunt mortaliū corda. Quis tanta cura michi in oībus seruit ⁊ obedit sicut mundo ⁊ dn̄is eius seruit̄? Erubesce sydon ait mare. Et si causā queris audi quare. Pro modica prebenda longa via currit̄: ⁊ ꝓ eterna vita vix a multis pes semel a terra leuat̄. Vile preciū querit̄ ꝓ vno numismate interdū turpiter litigat̄: ⁊ ꝓ vana re ⁊ parua promissiōe die noctuqȝ fatigari non timetur. Sed prothdolor pro bono incōmutabili ꝓ premio inestimabili: ꝓ sūmo honore ⁊ gloria interminabili vel ad modicū fatigari pigritat̄ Erubesce ergo serue piger ⁊ querulose q̄ illi paratiores inueniunt̄ ad perditionē q̄ tu ad vitam. Gaudent illi amplius ad vanitatē q̄ tu ad veritatē. Et q̄dem a spe sua nōnunq̄ frustrant̄: sed ꝓmissio mea neminē fallit: nec confidentē michi dimittit inanē Quod promisi dabo quod dixi implebo si tamē vsqȝ in finē fidelis in dilectione mea quis permanserit. Ego remunerator sū oīm bonoꝝ ⁊ fortis probator oīm deuotorū. Scribe verba mea in corde tuo ⁊ pertracta diligenter. erunt enī in tp̄e tentationis valde necessaria. Quod nō intelligis cū legis cognosces in die visitatiōis. Dupliciter soleo electos meos visitare: tentatione. s. ⁊ consolatione: ⁊ duas lectiones eis quotidie lego. vnā increpando eorum vitia: alterā exortando ad virtutum incrementa. Qui habet verba mea ⁊ spernit ea: habet qui iudi

cet eum in nouissimo die.

¶ Oratio ad implorandũ deuotionis gratiam. ¶ Capitulum. 4.

Domine deus meus omnia bona mea tu es. Et quis ego sum vt audeã ad te loqui. Ego sũ pauperrimus seruulus tuus ⁊ abiectus vermiculus multo pauperior ⁊ contemptibilior ꝙ scio ⁊ dicere audeo. Memento tamẽ dñe quia nichil sũ nichil habeo nichilqꝫ valeo. Tu solus bonus iustus et sanctus: tu oĩa potes: oĩa prestas: oĩa imples: solum peccatorẽ inanẽ relinquens. Reminiscere miserationũ tuarũ dñe ⁊ imple cor meũ gratia tua: q̄ nõ vis vacua esse opera tua. Quomodo possũ me tolerare in hac misera vita: nisi me ꝯfortauerit misericordia et gratia tua? Noli auertere faciẽ tuã a me: noli visitationẽ tuã ꝓlongare noli consolationẽ tuã abstrahere: ne fiat aĩa mea sicut terra sine aqua tibi. Dñe doce me facere voluntatem tuã: doce me corã te digne ⁊ humiliter cõuersari: qꝛ sapiẽtia mea tu es: qui in veritate me cognoscis: et cognouisti anteꝙ fieret mundus et anteꝙ natus essem in mundo.

¶ Quod in veritate et humilitate corã deo cõuersandum est. ¶ Cpm. 5.

Fili ambula corã me in veritate: et simplicitate cordis tui quere me semꝑ. Qui ambulat corã me in veritate: tutabit̄ ab incursibꝰ malis et veritas liberabit eũ a seductoribus et a detractionibus iniquorũ. Si veritas te liberauerit vere liber eris et nõ curabis de vanis hoĩm verbis. Dñe verũ est sicut dicis ita queso mecum fiat. Ve-

ritas tua me doceat: ipsa me custodiat ꝛ vsq ad salutarē finē me conducat. Ipsa me liberet ab omni affectione mala ꝛ inordinata dilectione: ꝛ ambulabo tecū in magna cordis libertate. Ego te docebo ait veritas que recta sunt ꝛ placita corā me. Cogita peccata tua cū displicentia magna ꝛ merore ꝛ nunq̄ reputes te aliquid esse ꝓpter opera bona. Reuera peccator es ꝛ multis passionibus obnoxius ꝛ implicatus. Ex te semꝑ ad nichil tendis ꝛ cito laberis: cito vinceris: cito turbaris: cito dissolueris. Non habebis quicq̄ vnde possis gloriari: sed multa vnde te debes vilificare: quia multo ĩfirmior es: q̄ vales cōprehendere. nichil ergo magnū tibi videatur ex oĩbus que agis: nichil grande nichil preciosū ꝛ admirabile nichil reputatione appareat dignum: nichil altū: nichil vere laudabile ꝛ desiderabile: nisi quod eternū est. Placeat tibi suꝑ omnia eterna veritas displiceat tibi suꝑ omnia vilitas maxima tua. Nichil sic timeas: nichil sic vituperes et fugias sicut vitia ꝛ peccata tua: que magis displicere debent q̄ quelibet rerū damna. Quidā nō sincere corā me ambulant sed quadā curiositate ꝛ arrogantia ducti volunt secreta mea scire ꝛ alta dei intelligere: se ꝛ suā salutē negligentes. Hi sepe in magnas tētatiōes ꝛ peccata ꝓpter suā suꝑbiā: ꝛ curiositatē me eis aduersāte labunt. Time iudicia dei expauesce irā omnipotentis: noli aūt discutere opera altissimi: sed tuas iniquitates ꝑscrutare in quantis deliquisti ꝛ q̄ multa bona neglexisti. Quidā solum portant suā deuotionē in libris et quidā ĩ imaginibus quidā aūt in signis exterioribus ꝛ figuris.

quidā habent me in ore: sed modicū in corde. Sūt alii qui intellectu illūinati ꝛ affectu purgati ad eterna semꝑ anhelant: de terrenis grauiter audiūt necessitatibus nature dolenter inseruiūt ꝛ hi sentiunt quid veritatis spiritus loquitur in eis qui docet eos terrena despicere ꝛ amare celestia. mundum negligere ꝛ celū tota die ac nocte desiderare.

¶ De mirabili affectu diuini amoris. Cpm. 6.

BEnedico te pater celestis pater dn̄i mei iesu christi quia mei pauperis dignatus es recordari. O pater misericordiarū ꝛ deus totius consolatiōis: gratias ago tibi qui me indignū omni consolatione quandoqꝫ tua recreas consolatione. Benedico te semꝑ ꝛ glorifico cū vnigenito filio tuo ꝛ spiritu sancto paraclito in secula seculoꝝ. Eya dn̄e deus amator sancte meus cū tu veneris in cor meū exultabunt omnia interiora mea. Tu es gloria mea ꝛ exultatio cordis mei: tu es spes mea ꝛ refugiū meū in die tribulatiōis mee. Sed quia adhuc debilis sū in amore ꝛ impfectus ī virtute: ideo necesse habeo a te confortari ꝛ consolari. ꝓpterea visita me sepius ꝛ instrue disciplinis sanctis. Libera me a passionibus malis: ꝛ sana cor meū ab omibus affectionibus inordinatis ꝛ vitiis vt intus sanatus ꝛ bene purgatus aptus efficiar ad amandū: fortis ad patiendū: stabilis ad pseuerādū. Magna res est amor: magnū oīno bonū: quod solū leue facit omne onerosū: ꝛ fert equaliter omne inequale. Nam onus sine onere portat: ꝛ oē amarū dulce ac sapidū efficit. Amor iesu nobilis ad magna operāda impellit: ꝛ ad desideranda semꝑ perfectiora ex-

citat. Amor vult esse sursū nec vllis infimis rebus retineri. Amor vult esse liber ab omni mūdana affectione alienus: ne internus eius impediat aspectus: nec p aliquod comodū temporale implicationes sustineat aut p incomodū succūbat. Nichil dulcius est amore: nichil fortius: nichil alti⁹: nichil latius: nichil iocundius: nichil plenius: nichil melt⁹ in celo ꝛ in terra: quia amor a deo natus est: nec potest nisi in deo sup omnia creata requescere. Amās volat: currit: letat: liber est ꝛ nō tenet. dat omnia p oībus: ꝛ habet oīa in oībus: quia ī vno sūmo super oīa quiescit: ex quo oē bonū fluit ꝛ procedit. Nō respicit ad dona: sed ad donantē se conuertit sup oīa bona. Amor modū semp nescit: sed super oēm modum feruescit. Amor onus nō sentit: labores nō reputat: plus affectat q̄ valet: de impossibilitate non causat. quia cuncta sibi posse ꝛ licere arbitrat. Valet igitur ad oīa ꝛ multa implet ꝛ effectui mācipat vbi nō amans deficit ꝛ iacet. Amor vigilat ꝛ dormiens nō dormitat. Fatigatus nō lassatur: artatus nō artat: territus nō conturbat: sed sicut viuax flāma ꝛ ardens facula sursū erūpit secure que pertransit si quis amat: nouit quid hec vox clamet. Magnus clamor in auribus dei est: ipse ardens affectus anime que dicit. Deus meus amor meus: tu totus meus ꝛ ego tuus. Dilata me in amore: vt discam interiora cordis ore degustare: q̄ suaue sit amare ꝛ in amore liquefieri ꝛ natare. Tenear amore vadēs supra me p̄ nimio feruore ꝛ stupore. Cantē amoris cāticū: sequar te dilectū meū in altū: deficiat in laude tua aīa mea iubilans ex amore. Amem te plus q̄

me nec me nisi propter te ⁊ oēs in te qui vere amāt te: sicut iubet lex amoris lucens ex te. Est amor velox: sincerus: pius: iocundus: ⁊ amenus: fortis: paciens: fidelis: prudens: longanimis: virilis ⁊ seipm nunq̄ querēs. Ubi eni seipm aliquis querit ibi ab amore cadit. Est amor circūspectus humilis ⁊ rectus nō mollis nō leuis nec vanis intendens reb⁹: sobrius: castus: stabilis: quietus: ⁊ in cunctis sensibus custoditus. Est amor subiectus ⁊ obediens prelatis: sibi vilis ⁊ despectus deo deuot⁹ ⁊ gratificus confidens ⁊ semp sperans in eo etiā cū sibi nō sapit deus: quia sine dolore nō viuit in amore. Qui nō ē paratus oīa pati ⁊ ad voluntatē stare dilecti: nō est dignus amator appellari. Oportet amantē omia dura ⁊ amara ꝓpter dilectū libenter amplecti: nec ob contraria accidentia ab eo deflecti.

¶ De probatione veri amatoris. ¶ Cpm. 7.

Fili nō es adhuc fortis ⁊ prudens amator. Quare dn̄e? quia ꝓpter modicā contrarietatē deficis a ceptis: ⁊ nimis auide cōsolationē queris. Fortis amator stat in tentationibus: nec callidis credit ꝑsuasionibus inimici. Sicut in prosperis ei placeo: ita nec in aduersis displiceo. Prudens amator nō tā donū amantis cōsiderat: q̄ dantis amorē. Affectū potius attendit q̄ censū. ⁊ infra dilectū oīa data ponit. Nobilis amator nō quiescit in dono: sꝫ in me sup oē donū. Nō est iō totū ꝑditū: si qn̄qꝫ minus bn̄ de me vel de sanctis meis sētis q̄ velles. Affect⁹ ille bon⁹ dulcis quē interdū ꝑcipis: affectus grē p̄sentis est ⁊ qdā p̄gustus pa

trie celestis: sup quo nō nimiū innitēdū quia vadit ⁊ venit. Certare aūt aduersus incidētes malos animi motus: suggestionē q̄ spernere diaboli: insigne est virtutis ⁊ magni meriti. Non ergo te conturbēt aliene fantasie de quacū q̄ materia ingeste. Forte serua propositū ⁊ intentionē rectā ad deum. Nec est illusio q̄ aliquando in excessū subito raperis ⁊ statim ad ineptias solitas cordis reuerteris. Illas enī inuite magis pateris q̄ agis: ⁊ q̄diu displicent ⁊ reniteris: meritū est ⁊ nō perditio. Scito q̄ antiquus inimicus omnino nitit̄ impedire desideriū tuū in bono ⁊ ab omni deuoto exercitio euacuare: a sanctoꝝ. s. cultu/a pia passionis mee memoria/a peccatorū vtili recordatione/a proprii cordis custodia: ⁊ a firmo ꝓposito ꝓficiendi in virtute. Multas malas cogitationes ingerit vt tediū tibi faciat ⁊ horrorē: vt ab oratione reuocet ⁊ sacra lectione. Displicet sibi humilis confessio. ⁊ si posset: a cōmunione cessare faceret. Nō credas ei neq̄ cures illū: licet sepius tibi deceptionis tetenderit laqueos. Sibi imputa cū mala ingerit ⁊ immūda dicito illi. Uade imūde spiritus: erubesce miser: valde immundus es tu qui talia infers auribus meis. Discede a me seductor pessime: nō habebis in me partē vllā: sed iesus mecū erit tanq̄ bellator fortis ⁊ tu stabis confusus. Malo potius mori ⁊ oēm penā subire q̄ tibi consentire. Tace ⁊ obmutesce: non audiā te amplius: licet michi plures moliaris molestias. Dn̄s illumiātio mea ⁊ salus mea: quē timebo? Dn̄s ꝓtector vite mee: a quo trepidabo? Si cōsistant aduersū me castra: nō timebit cor meū. Do=

minus adiutor meus: et redēptor meus. Certa tanꝗ miles bonus. et si interdū ex fragilitate corruis: resume vires fortiores prioribus: confidens de ampliori gratia mea: et multū precaue a vana cōplacētia et superbia. Propter hoc multi in errorē ducuntur et in cecitatē pene incurabilē qn̄qꝫ labunt. Sit tibi in cautelā et perpetuā humilitatē ruina hec superborū: de se stulte presumentiū.

De occultanda gratia sub humilitatis custodia Capitulum octauū.

Fili vtilius est tibi et securius deuotiōis gratiam abscondere nec in altuꝫ te efferre nec multū inde loqui neqꝫ multū ponderare: sꝫ magis temetipsū despicere: et tanꝗ indigno dataꝫ timere. Non est huic affectioni tenacius inherendum: que citius potest mutari in contrariū. Cogita in gratia ꝗ miser et inops esse soles sine gratia. Nec est in eo tantū spiritualis vite ꝓfectus cū consolationis habueris gratiā sꝫ cū humiliter et abnegate patiēterqꝫ tuleris eius subtractionē ita quod tunc ab orationis studio non torpeas: nec reliqua opera tua ex vsu facienda oīno dilabi ꝑmittas: sed sicut melius potueris et intellexeris: libenter quod in te est facias nec ꝓpter ariditatē seu anxietatem mentis quā sentis te totaliter negligas. Multi enī sunt: qui cū nō bene eis successerit: statim impatiētes fiunt aut desides. Non enī semꝑ est in potestate hominis via eius sed dei est dare et consolari quando vult et quantū vult et cui vult: sicut sibi placuerit et nō amplius. Quidam incauti ꝓpter deuotionis gratiā seipsos destruxerunt: quia plus agere volue

runt q̃ potuerunt: nõ pensantes sue paruitatis mẽ
surã: sed magis cordis affectũ sequentes q̃ ratiõis
iudiciũ. Et quia maiora p̃sumpserunt q̃ deo placi-
tum fuit: idcirco gratiã cito perdiderũt. Facti sunt
inopes ⁊ viles relicti: qui in celũ posuerũt nidũ si-
bi: vt humiliati ⁊ depauperati discant nõ in alis su
is volare sed sub pennis meis sperare. Qui adhuc
noui sunt ⁊ imperiti in via dñi nisi consilio discreto
rum se regant facilius decipi possũt ⁊ elidi. Quod
si suũ sentire magis sequi q̃ aliis exercitatis crede-
re volunt: erit eis periculosus exitus: si tñ retrahi a
ꝓprio conceptu nõ valuerint. Raro sibiipsis sapiẽ
tes ab aliis regi humiliter patiunt̃. Melius est mo
dicũ sapere cũ humilitate ⁊ parua intelligentia: q̃
magni scientiarũ thesauri: cũ vana cõplacentia.
Melius est tibi minus habere: q̃ multum vnde po
tes superbire. Non satis discrete agit qui se totum
leticie tradit obliuiscens pristine inopie sue: ⁊ casti
timoris dñi: qui timet gratiã oblatã amittere. Nõ
etiã satis virtuose sapit qui tempore aduersitatis ⁊
cuiusq̃ grauitatis nimis desperate se gerit ⁊ minꝰ
fidẽter de me q̃ oportet recogitat ac sentit. Qui tẽ
pore pacis nimis securus esse voluerit: sepe tempo
re belli nimis deiectꝰ ⁊ formidolosus reperiet̃. Si
scires semꝑ humilis ⁊ modicus in te ꝑmanere nec-
nõ spiritũ tuũ bene moderare ac regere: nõ incide
res tã cito in periculũ ⁊ offensã. Consiliũ bonũ est:
vt feruoris spiritu concepto mediteris quid futurũ
sit abscedente lumine. Quod dũ contigerit recogi
ta ⁊ denuo lucẽ posse reuerti quã ad cautelam tibi:
michi aũt ad gloriã: ad tempus subtraxi. Vtilior ẽ

enī sepe talis pbatio q̃ si semp prospera p tua haberes voluntate. Nam merita nō sunt ex hoc estimanda si quis plures visiones aut consolatiões habeat: vel si peritus sit in scripturis aut in altiori ponatur gradu: sed si vera fuerit humilitate fundatus et diuina caritate repletus: si dei honorē pure et integre sēp querat: si seipm nichil reputet et in veritate despiciat atq ab aliis etiā despici et hūiliari magis gaudeat q̃ honorari.

¶ De vili estimatione suiipsius in oculis dei.

Capitulum nonum.

Loquor ad dñm meū cū sim puluis et cinis. Si me amplius reputauero: ecce tu stas cōtra me. et dicūt testimoniū verū iniquitates mee nec possū contradicere. Si aūt me vilificauero et ad nichilū redegero et ab omni propria reputatione defecero atq sicut sū puluerisauero: erit michi propicia gratia tua: et vicina cordi meo lux tua et ōis estimatio quantulacūq minima in valle nichileitatis mee submerget et peribit ineternū. Ibi ostendes me michi quid sū quid fui: et de quo veni: quia nichil et nesciui. Si michiipsi reliquor. ecce nichil et tota infirmitas. Si aūt subito me respexeris statim fortis efficior et nouo repleor gaudio. Et mirū valde q sic repēte subleuor: et tā benigne a te cōplector qui pprio pondere semp ad ima feror. Facit hoc amor tuus gratis pueniens me et in tā multis subueniēs necessitatibus: a grauibus q̄q custodiens me piculis et ab inumeris/vt vere dicā/eripiēs malis. Me siquidē male amādo me pdidi et te solū qrendo et pure amādo me et te pariter inueni: atq ex

amore ꝓfundius ad nichilū me redegi. Quia tu o dulcissime facis mecū supra meritū omne: ꝛ supra id quod audeo sperare vel rogare. Benedictus sis deus meꝰ qꝛ licet ego oībꝰ bonis sim indignus: tua tamen nobilitas ꝛ infinita bonitas nunq̄ cessat benefacere etiā ingratis ꝛ longe a te auersis. Conuerte nos ad te: vt simus grati: humiles ꝛ deuoti: quia salus nostra tu es virtus ꝛ fortitudo nostra.

¶ Quod omnia ad deū sicut ad finē vltimū sūt referenda. Cpm. 10.

Fili ego debeo esse finis tuꝰ supremus ꝛ vltimatus si vere desideras esse beatus. Ex hac intentione purificabiť affectus tuus sepius ad seipsū ꝛ ad creaturas male incuruatus. Nam si teipsū in aliquo queris statim in te deficis ꝛ arescis Omnia ergo ad me pricipaliter referas: quia ego sum qui omnia dedi. Sic singula cōsidera: sicut ex sūmo bono manātia: ꝛ ideo ad me tanq̄ ad suā originē cuncta sunt reducenda. Ex me pusillus ꝛ magnus: paup ꝛ diues tanq̄ ex fonte viuo aquā hauriunt viuā: ꝛ qui michi sponte ꝛ libere deseruiūt gratiam ꝓ gratia accipient. Qui aūt extra me voluerit gloriari vel ī aliquo priuato bono delectari: nō stabilieť in vero gaudio neq̄ in corde suo dilatabitur: sed multipliciter impedieť ꝛ angustiabiť. Nichil ǧ tibi de bono ascribere debes nec alicui homini virtutē attribuas: sed totum da deo: sine quo nichil habet homo. Ego totū dedi ego totū rehabere volo: ꝛ cū magna districtione gratiarū actiōes requiro. Hec est veritas qua fugatur glorie vanitas. Et si intrauerit celestis gratia: ꝛ vera caritas: non

erit aliqua inuidia: nec contractio cordis: nec priuatus amor occupabit. Uincit enī omīa diuina caritas: ⁊ dilatat oēs anime vires. Si recte sapis: in me solo gaudebis: in me solo sperabis quia nemo bonus nisi solus deus: qui est sup omnia laudādus ⁊ in omnibus benedicendus.

¶ Q̄d spreto mūdo dulce est seruire deo. Cpm. xi.

Nunc iterū loquar dn̄e ⁊ non silebo: dicam ī auribus dei mei: dn̄i mei ⁊ regis mei qui est in excelso. O q̄ magna multitudo dulcedinis tue dn̄e quā abscondisti timentibus te. Sed q̄d est amantibus: quid toto corde tibi seruientibus? Uere ineffabilis dulcedo ꝯtēplationis tue: quā largiris amantibus te. In hoc maxime ostendisti dulcedinē caritatis tue quia cū nō essem: fecisti me ⁊ cū errarē longe a te: reduxisti me vt seruirē tibi: ⁊ precepisti vt diligā te. O fōs amoris perpetui q̄d dicā de te quomodo potero tui obliuisci: qui mei dignatus es recordari. Etiā postq̄ contabui ⁊ perii: fecisti vltra oēm spem misericordiā cū seruo tuo et vltra omne meritū gratiā ⁊ amiciciam exhibuisti. Quid retribuā tibi ꝑ gratia ista. Non enī omibus datū est vt oībus abdicatis seculo renunciēt ⁊ monasticā vitā assumant. Nunquid magnū est vt tibi seruiā cui omnis creatura seruire tenet. Non magnū michi videri debet seruire tibi: sed potius hoc michi magnū ⁊ admirandū apparet: q̄ tam pauperem ⁊ īdignū digneris in seruū recipere: ⁊ dilectis seruis tuis adunare. Ecce oīa tua sunt que habeo ⁊ vnde tibi seruio. Ueruntamen viceuersa tu magis michi seruis q̄ ego tibi. Ecce celū ⁊ terra que ī mi-

nisterio hominis creasti presto sunt ꝛ faciunt quoti
die quecũqꝫ mandasti. Et hoc parũ est. quinetiam
angelos in ministerio hoīs creasti ꝛ ordinasti. Trā
scendit aũt hec oīa quia tuipse seruire homini di=
gnatus es ꝛ teipsũ ei daturũ ꝓmisisti. Quid dabo
tibi ꝓ oībus istis milibus bonis. Utinā possē tibi
seruire cunctis diebus vite mee: vtinā vel vno die
dignũ seruitiũ exhibere sufficerem. Uere tu es di=
gnus omni seruitio: omni honore ꝛ laude eterna.
Uere dn̄s meus es ꝛ ego pauper seruus tuus: qui to
tis viribus teneor tibi seruire nec vnq̄ in laudibus
tuis debeo fastidire. Sic volo sic desidero ꝛ q̄cquid
michi deest tu digneris supplere. Magnus honor:
magna gloria tibi seruire ꝛ oīa ꝓpter te contēnere
Habebunt enī gratiā magnā qui sponte se subiece
runt tue sanctissime seruituti. Inuenient suauissi=
mam sancti spiritus consolationē: consequnẗ ma
gnā cordis libertatē: qui arctā pro noīe tuo īgredi
untur viā ꝛ oēm mũdanā neglexerint curā. O gra
ta ꝛ iocunda dei seruitus qua homo veraciter effi=
citur liber ꝛ sanctus. O sacer status religiosi famu
latus qui hoīem angelis reddit equalē deo placa=
bilē: demonibus terribilē ꝛ cũctis fidelibus cōmē
dabilē. O amplectendũ ꝛ semꝑ optandũ seruitiũ
quo sũmũ ꝓmereẗ bonũ ꝛ gaudiũ acquiriẗ sine fi=
ne mansurum.

¶ Quod desideria cordis examinanda sunt ꝛ mo
deranda. ¶ Cꝫm. xi.

FIli oportet te adhuc multa adiscere q̄ nec=
dũ bene didicisti. Que sunt hec dn̄e? Ut de
siderium tuũ ponas totaliter secundũ bn̄pla=

citum meū: ꝛ tuiipsius amator nō sis: sed mee voluntatis cupidus amator ꝛ emulator. Desideria te sepe accendunt: ꝛ vehementer impellunt: sed consi dera an ꝓpter honorē meū an ꝓpter tuū cōmoduz magis mouearis. Si ego sum in causa: bene contē tus eris quomodo cūqꝫ ordinauero. Si aūt de proprio quesitu aliquid latet ecce hoc est quod te impe dit ꝛ grauat. Caue ergo ne nimiū innitaris sup desiderio preconcepto me nō consulto ne forte postea peniteat: ꝛ displiceat quod primo placuit ꝛ quasi ꝓ meliore zelasti. Non enī oīs affectio que videt̄ bona statim est sequenda. sed nec oīs cōtraria affectio ad primū fugienda. Expedit interdū refrenatione vti etiā in bonis studiis et desideriis: ne ꝑ importu nitatē mentis distractionē incurras: ne aliis ꝑ indisciplinationē scandalū generes: vel etiā ꝑ resistē tiam alioꝝ subito turberis et corruas. Interdum vero oportet violentia vti ꝛ viriliter appetitui sēsi tiuo cōtraire: nec aduertere quid velit caro: ꝛ quid nō velit: sed hoc magis satagere vt subiecta sit etiam nolens spiritui: et tā diu castigari debet et cogi seruituti subesse donec parata sit ad oīa paucisqꝫ contentari discat: et simplicibus delectari: nec contra aliquod inconueniens murmurare.

¶ De informatione patientie et luctamine aduersus concupiscentias. Cᵐ. xiij.

Domine domine deus vt audio/patientia ē michi valde necessaria: multa enī in hac vita accidunt cōtraria. Nam qualitercūqꝫ ordinauero de pace mea nō potest esse sine bello et do

lore vita mea. Ita est fili. Non aũt volo te talẽ que
rere pacẽ que tentationibus careat aut ↄtraria nõ
sentiat sed tũc etiã estimare te pacẽ inuenisse: cũ fu
eris variis tribulatiõibus exercitatus ⁊ in multis
contrarietatibus ꝓbatus. Si dixeris te nõ multa
posse pati: quõ tunc sustinebis ignẽ purgatorii? De
duobus malis semꝑ minus malũ est eligendũ. Ut
ergo eterna futura supplicia possis euadere mala p̄
sentia studeas ꝓ deo equanimiter tolerare. An pu
tas ꝙ homines seculi huius nichil aut parũ patian
tur? Nec hoc inuenies etiã si delicatissimos quesi
eris. Sed habent/inquis/multas delectationes et
ꝓprias sequunt̃ voluntates ideoq̄ parũ ponderãt
suas tribulationes. Esto ꝙ ita sit vt habeant quic
quid voluerint sed q̄diu putas durabit? Ecce quẽ
admodũ fumus deficient abundantes in seculo et
nulla erit recordatio preteritoꝝ gaudiorũ. Sed cũ
adhuc viuunt nõ sine amaritudine ⁊ tedio ac timo
re in eis quiescunt. Ex eadem nãq̄ re vnde delecta
tionẽ concipiunt sibi inde doloris penã frequẽter
recipiunt. Iuste illis fit. quia inordinate delectati
ones querunt ⁊ sequunt̃ nõ sine amaritudine ⁊ con
fusione eas expleant. O q̄ breues ꝙ false: q̄ inordi
nate ⁊ turpes omnes sunt. Verũtamẽ pre ebrietate
⁊ cecitate nõ intelligunt: sed velut muta animalia
ꝓpter modicũ corruptibilis vite delectamẽtũ mor
tem anime incurrũt. Tu ergo fili post concupiscen
tias tuas nõ eas ⁊ a voluntate tua auertere. Dele
ctare in dñ̃o ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. Et
enĩ si veraciter vis delectari ⁊ abundãtius a me cõ
solari ecce in contemptu oĩm mundanorũ ⁊ in ab

cissione oim̄ infimarū delectationū erit benedictio tua ⁊ copiosa reddet̄ tibi consolatio. Et q̄to plus te ab omni creaturarū solatio subtraxeris tanto i me suauiores ⁊ potentiores consolationes inuenies. Sed primo nō sine quadā tristicia ⁊ labore certaminis ad has pertinges. Obsistet inolita cōsuetudo sȝ meliori consuetudine deuincet̄. Remurmurabit caro sed feruore spiritus refrenabit̄. Instigabit te ⁊ exacerbabit serpens antiquus sed oratione fugabit̄ insuper ⁊ labore vtili aditus ei magnus obstruetur.

De obedientia humilis subditi ad exemplū iesu christi. Cpm.14.

Fili qui se subtrahere nitit̄ ab obedientia ipse se subtrahit a gratia. Et qui querit habere priuata: amittit cōmunia. Qui non libenter ⁊ sponte suo superiori se subdit: signū est qd̄ caro sua necdū perfecte sibi obedit sed sepe recalcitrat ⁊ murmurat. Disce ergo celerit̄ supiori tuo te submittere si carnē ꝓpriā optas subiugare. Citius namq̄ exterior vincit̄ inimicus si interior homo nō fuerit deuastatus. Non est molestior ⁊ peior anime hostis q̄ tu ip̄e tibi nō bene cōcordans spiritui. Oportet eni veru te assumere tuiipsius contemptū si vis ꝓualere aduersus carnē ⁊ sanguinē. qꝛ adhuc nimis inordinate te diligis: ideo plene te resignare aliorū voluntati trepidas. Sed quid magnū tu q̄ puluis es ⁊ nichil: si ꝓpter deum te subdis homini: quando ego oīpotens ⁊ altissimus qui cuncta creaui ex nichilo me homini ꝓpter te subieci hūiliter? Factus sum oīm humillimus ⁊ infimus vt tuā sup

biam mea humilitate vinceres. Disce obtempera-
re puluis: disce te humiliare terra ⁊ limus ⁊ sub om
niũ pedibus incuruare. disce voluntates tuas frã-
gere ⁊ ad oĩm subiectionẽ te dare. Exardesce cõtra
te: nec patiaris tumorẽ in te viuere sed ita subiectũ
⁊ paruulũ te exhibe vt oẽs sup te ambulare possint
⁊ sicut lutũ platearũ conculcare. Quid habes ho-
mo inanis conqueri? Quid sordide peccator potes
contradicere exprobrantibus tibi qui totiens deuz
offendisti: ⁊ totiẽs infernũ meruisti? Sed pepercit
tibi oculus meus quia preciosa fuit aĩa tua in con-
spectu meo: vt cognosceres dilectionẽ meã ⁊ gratꝰ
semp beneficiis meis existeres: ⁊ ad verã subiectio
nem ⁊ humilitatẽ te iugiter dares: patienterqꝫ pro
priũ contemptũ ferres.

¶ De occultis dei iudiciis considerandis ne extol
lamur in bonis. ¶ Ca. xv.

Intonas super me iudicia tua dñe: ⁊ timore
ac tremore cõcutis oĩa ossa mea: ⁊ expaue-
scit aĩa mea valde. Sto attonitus ⁊ cõside-
ro quia celi nõ sunt mundi in conspectu tuo. Si in
angelis reperisti prauitatẽ nec tñ pepercisti: quid
fiet de me? Ceciderũt stelle de celo: ⁊ ego puluis qd
presumo? Quorũ opera videbant laudabilia ceci-
derunt ad infima: ⁊ qui comedebant panẽ angelo-
rum: vidi siliquis delectari porcorũ. Nulla est ergo
sanctitas: si manũ tuã dñe retrahas. Nulla sapien
tia prodest si gubernare desistas. Nulla iuuat forti
tudo: si conseruare desinas. Nulla secura castitas:
si eã nõ protegas. Nulla propria prodest custodia:
si nõ assit tua sacra vigilantia. Nam relicti mergi-

mur ꝛ perimus. visitati vero viuimus ꝛ erigimur. Instabiles quippe sumus: sed ꝑ te cõfirmamur: tepescimus: sed a te accendimur. O ꝗ̄ humiliter ꝛ abiecte michi de meipso sentiendũ est: ꝗ̄ nichili pendendũ si quid boni videor habere. O ꝗ̄ ꝓfunde me submittere debeo sub abissalibus iudiciis tuis dñe vbi nichil aliud me esse inuenio ꝗ̄ nichil ꝛ nichil. O pondus immensũ: o pelagus intrãsnatabile vbi nichil de me reperio ꝗ̄ in toto nichil. Ubi est ergo latebra glorie vbi confidentia de gloria cõcepta. Absorpta omnis gloria vana in ꝓfunditate iudiciorũ tuorũ sup me. Quid ē omĩs caro in cõspectu tuo. Nunquid gloriabit̃ lutũ contra formantē se? Quomodo potest erigi vaniloquio: cuius cor in veritate subiectũ est deo. Non eũ totus mũdus erigeret quē sibi subiecit veritas nec oĩm laudantiũ ore mouebit̃: qui totã spem suã in deo firmauit. Nam ꝛ ipsi qui loquunt̃ ecce oēs nichil ꝛ deficient cũ sonitu verborũ. Ueritas aũt dñi manet ineternũ.

¶ Qualiter standũ sit ac dicendũ in omni re desiderabili. ¶ Capitulum. 16.

Fili sic dicas in omni re. Dñe si tibi placitũ fuerit fiat hoc ita. Dñe si sit honor tuus fiat in nomine tuo hoc. Dñe si michi videris expedire ꝛ vtile esse probaueris: tunc da michi hoc vti ad honorē tuũ: sed si michi nociuũ fore cognoueris nec aĩe mee saluti ꝓdesse aufer a me tale desideriũ. Nõ enĩ oē desideriũ a spũ sctõ est etiã si hoĩ videat̃ rectũ aut bonũ. Difficile est ꝓ vero iudicare an spũs bon⁹ aut alien⁹ te ĩpellat ad desiderãdũ hoc vel illđ

an etiã ex proprio mouearis spiritu. Multi in fine sunt decepti qui prĩo bono spũ videbantur inducti Igiť semp cũ timore dei ⁊ cordis humilitate desiderandũ est et petendũ quicquid desiderabile menti occurrit maximeqꝫ cũ ꝓpria resignatione michi totũ cõmittendũ est atqꝫ dicendũ. Dñe tu scis qualiter melius est fac hoc vel illud sicut volueris. Da quod vis ⁊ quantũ vis ⁊ quando vis. Fac mecuꝫ sicut scis ⁊ sicut tibi magis placuerit ⁊ maior honor tuus fuerit. Pone me vbi vis ⁊ libere age mecum in oĩbus. In manu tua ego sũ gira ⁊ reuersa me p circuitũ. En ego seruus tuus paratus ad oĩa quoniam nõ desidero michi viuere sed tibi. vtinã digner perfecte.

¶ Oratio pro bñplacito dei pficiendo. Cpm. 17.

Concede michi benignissime iesu gratiã tuam vt mecũ sit ⁊ mecũ laboret mecũqꝫ vsqꝫ in finẽ perseueret. Da michi semp desiderare ⁊ velle quod tibi magis acceptũ ⁊ carius placet Tua voluntas mea sit. ⁊ mea voluntas tuã sequať semper ⁊ optime ei concordet. Sit michi vnũ velle ⁊ nolle tecũ nec aliud posse velle aut nolle nisi quod vis ⁊ nolis. Da michi oĩbus mori que in mũdo sũt ⁊ ꝓpter te amare contẽni ⁊ nesciri in hoc seculo. Da michi super oĩa desiderata in te quiescere ⁊ cor meũ in te pacificare. Tu vera pax cordis: tu sola requies: extra te omnia sunt dura ⁊ inquieta. In hac pace in idipm hoc est in te vno summo ⁊ eterno bono dormiã ⁊ requiescam. Amen.

¶ Quod verũ solatiũ in solo deo est querendum. Capitulum. 18.

Quicquid desiderare vel cogitare possum ad solatiū meū nō hic expecto sed in posterū. q̄ si oīa solatia mūdi solus haberē ⁊ oībus delitiis frui possē certū est q̄ diu durare nō possent. Unde nō poteris aīa mea plene consolari nec pfecte recreari nisi in deo consolatore pauperū ⁊ susceptore humiliū. Expecta modicum aīa mea expecta diuinū promissū ⁊ habebis abundantiā oīm bonorum in celo. Si nimis inordinate ista appetis presentia: perdes eterna ⁊ celestia. Sint temporalia ī vsu: eterna in desiderio. Non potes aliquo bono tēporali satiari quia ad hec fruenda nō es creata. Etiā si oīa bona creata haberes nō posses esse felix ⁊ beata sed in deo qui cuncta creauit tua beatitudo tua ⁊ felicitas consistit. nō qualis videt̄ ⁊ laudatur a stultis mundi amatoribus sed qualē expectāt boni christi fideles ⁊ pregustāt interdū spirituales ac mundi corde quorū conuersatio est in celis. Uanū est ⁊ breue oē humanū solatiū. Beatū ⁊ verū solatium quod intus a veritate percipit̄. Deuotus homo vbiq̄ secū fert consolatorē suū iesū ⁊ dicit ad eum. Adesto michi dn̄e iesu in oī loco ⁊ tempore. Hec michi sit consolatio libenter velle carere oī humano solatio. Et si tua defuerit consolatio sit michi tua voluntas ⁊ iusta probatio pro sūmo solatio. Nō enī imperpetuū irasceris neq̄ ineternū cōminaberis.

¶ Qd̄ oīs solicitudo in deo ponenda est. Cp̄m. 19.

Fili sine me tecū agere qd̄ volo. ego scio qd̄ expediat tibi. Tu cogitas vt homo in multis sentis sicut tibi humanus suadet affect⁹ Dn̄e verū est quod dicis. Maior est solicitudo tua

ꝑ me ꝙ omnis cura quā ego possū gerere ꝑ me. Ni mis enī casualiter stat qui nō proiicit oēm solicitudinē suā in te. Dñe dūmodo voluntas mea recta ⁊ firma ꝑmaneat fac de me quicquid tibi placuerit. Non enī potest esse nisi bonū quicquid de me feceris. Si me vis esse in tenebris sis benedictus. ⁊ si me vis esse in luce sis iterū benedictus. Si me digneris consolari sis benedictus ⁊ si me vis tribulari eque sis semp benedictus. Fili sic oportet te stare si mecū desideras ambulare. Ita promptus debes esse ad patiendū sicut ad gaudendū. Ita libenter debes esse inops ⁊ paup sicut plenus ⁊ diues. Dñe libenter patiar ꝑ te quicquid volueris venire sup me. Indifferenter volo de manu tua bonū ⁊ malū dulce ⁊ amaꝝ: letū ac triste suscipere. et ꝑ oībus michi contingentibus gratias agere. Custodi me ab oī peccato ⁊ nō timebo mortē nec infernū dūmodo ineternū me nō proiicias nec deleas me de libro vite nō michi nocebit quicquid venerit tribulatiōis super me.

¶ Quod temporales miserie christi exēplo equanimiter sunt ferende. ¶ Cpm. 20.

Fili ego descendi de celo pro tua salute suscepi tuas miserias nō necessitate sed caritate trahente vt patientiā disceres et tpales miserias nō indignanter ferres. Nam ab hora ortus mei vsqꝫ ad exitū in cruce nō defuit michi tolerantia doloris: defectū rerū tpaliū magnū habui: multas ꝗrimonias de me freqnter audiui: cōfusiones ⁊ opprobria benigne sustinui: ꝑ bñficiis ingratitudinē recepi: ꝑ miraculis blasphemias / ꝑ doctrina re

prehensiones. Dñe quia fuisti patiẽs in vita tua in hoc maxime iplendo ꝓceptū patris tui dignū ē vt ego misellus peccator scḋm voluntatē tuā patiẽter me sustineā et donec ipse volueris onus corruptibilis vite ꝑ salute mea portē. Nā et si onerosa sentitꝰ ꝑsens vita facta est tñ iā ꝑ grām tuā valde meritoria atqꝫ exemplo tuo et sanctorū tuorū vestigiis infirmis tolerabilior et clarior. sꝫ et multo magis cõsolatoria: q̄ olim in lege veteri fuerat: cū porta celi clausa ꝑsisteret ⁊ obscurior etiā via videbatꝰ: qñ tã pauci regnū celorū q̄rere curabãt sꝫ neqꝫ qui tūc iusti erãt ⁊ saluãdi ante passionē tuam ⁊ sacre mortis debitū celeste regnū poterant introire. O quantas tibi grãs teneor referre q̄ rectā ⁊ bonā viā dignatꝰ es michi ⁊ cūctis fidelibus ad eternū regnū tuū ostendere. Nā vita tua via nostra ⁊ ꝑ sanctā patiẽtiā ambulamus ad te q̄ es corona nostra. Nisi tu nos ꝓcessisses ⁊ docuisses q̄s sequi curaret. Heu q̄ti lõge retroqꝫ manerẽt nisi tua ꝓclara exẽpla inspicerẽt. Ecce adhuc tepescimꝰ auditis tot signis tuis ⁊ doctrinis/quid fieret si tãtū lumē ad sequendū te non haberemus?

¶ De tolerantia iniuriarū ⁊ quis verus patiens probetꝰ. ¶ Cpm. 21.

Quid est quod loqueris fili? Cessa conqueri. Considera meam ⁊ aliorum sanctorum passionem. Nondum vsqꝫ ad sanguinē restitisti. Parum est quod tu pateris in comparatione eorū qui tam multa passi sunt tam fortiter temptati tam grauiter tribulati tam multipliciter ꝓbati ⁊ exercitati. Oportet te igitꝰ aliorum grauiora ad mẽtem reducere vt leuius feras tua minima. Et si

tibi minima nõ videnť vide ne ꝛ hoc tua faciat im
patientia. Siue tamen parua siue magna sint: stu
de cuncta patienter ferre. Quãto melius te ad pa
tiendũ disponis tanto sapientius agis ꝛ ampli⁹ ꝓ
mereris ꝛ feres leuius animo ꝛ vsu ad hoc nõ segni
ter paratis. Nec dicas nõ valeo hoc ab homine ta-
li pati nec huiuscemodi michi patienda sunt: gra-
ue enĩ intulit damnũ ꝛ improperat michi que nun
ꝗ̃ cogitauerã sed ab alio libenter patiar ꝛ sicut pa-
tienda videro. Insipiens est talis cogitatio que vir
tutẽ patientie nõ considerat nec a quo coronanda
erit: sed magis personas ꝛ offensas sibi illatas per-
pendit. Non est verus patiens qui nõ vult pati nisi
quantũ sibi visũ fuerit ꝛ a quo sibi placuerit. Ue-
rus aũt patiens nõ attendit a quo hoĩe vtrũ a pre-
lato suo an ab aliquo equali aut ĩferiori. vtrũ a bo-
no ꝛ sancto viro vel a peruerso ꝛ indigno exercea-
tur: sed indifferenter ab oĩ creatura quantũcũqȝ et
quotienscũqȝ ei aliquid aduersi acciderit totũ hoc
gratanter de manu dei accipit ꝛ ingens lucrũ repu
tat quia nichil apud deũ quantũlibet paruũ ꝓ deo
tũ passũ poterit sine merito transire. Esto igiť expe
ditus ad pugnã si vis habere victoriã. Sine certa-
mine nõ poteris venire ad patientie coronã. Si pa
ti nõ vis recusas coronari. si aũt coronari desideras
certa viriliter sustine patienter. Sine labore nõ tẽ-
ditur ad requiẽ nec sine pugna ꝑueniť ad victoriã.
Fac michi dñe possibile per gratiã quod michi im
possibile videť per naturã. Tu scis ꝙ modicũ pos-
sum pati ꝛ ꝙ cito deicior leui exurgente aduersita
te. Efficiať michi quelibet exercitatio tribulatio-

nis pro nomine tuo amabilis ꝛ optabilis. nā pati ꝛ vexari ꝑ te valde salubre est aīe mee.

¶ De confessione ꝓprie infirmitatis ꝛ huius vite miseriis. Cꝑm. 22.

Confiteor aduersū me iusticiā meā confitebor tibi dn̄e infirmitatē meā. Sepe parua res est que me deicit ꝛ contristat. Propono me fortiter acturū sed cū modica tentatio venerit magna michi fit angustia. Valde vilis quandoq̧ res est vnde grauis tentatio prouenit ꝛ dū puto me aliquantulū tutū cū nō sentio inuenio me nonnunq̄ pene deuictū ex leui flatu. Vide ergo dn̄e humilitatē meā ꝛ fragilitatē tibi vndiq̧ notā. Miserere mei ꝛ eripe me de luto vt nō infigar nō ꝑmaneam deuictus vsq̧quaq̧. Hoc est quod me frequenter reuerberat ꝛ corā te confundit q̄ tā labilis sum ꝛ infirmus ad resistendū passionibus. Et si nō omnino ad consensionē trahit tn̄ michi etiā molesta ꝛ grauis est eorū insectatio ꝛ tedet valde sic quotidie viuere in lite. Exhinc nota fit michi infirmitas mea quia multo facilius irruūt abhominā de semꝑ fantasie q̄ discedunt. Utinā fortissime deus israel zelator aīarū fideliū respicias serui tui laborē ꝛ dolorē assistasq̧ illi in oībus ad quecūq̧ perrexerit. Robora me celesti fortitudine neq̧ vetus homo misera caro spiritui necdū plene subiecta valeat dn̄ari aduersus quā certare oportebit q̄diu spiratur in hac vita miserrima. Heu qualis est hec vita vbi nō desunt tribulationes ꝛ miserie. vbi plena laqueis ꝛ hostibus sunt oīa. Nam vna tribulatiōe seu tentatione recedente alia accedit sʒ adhuc prio

re durante conflictu alii plures supueniunt & inspe rate. Et quō potest amari vita habens tantas ama ritudines & tot subiecta calamitatibus & miseriis. Quō etiā dicit vita tot generās mortes & pestes: & tn̄ amat & delectari in ea a multis querit. Rephen dit freqnter mūdus q fallax sit & vanus: nec tn̄ fa cile relinquit cū cōcupiscentie carnis dn̄ant. Sed alia trahūt ad amandū: alia ad contēnendū. Tra hunt ad amorē mundi desideriū carnis: desideriū oculorū: & supbia vite: sz pene ac miserie seqntes ea odiū mundi pariūt & tediū. Sed vincit prothdolor delectatio parua mentē mūdo deditā: & esse sub sē sibus delitias reputat: quia dei suauitatē & internā virtutis amenitatē nec vidit nec gustauit. Qui aūt mundū pfecte cōtēnūt & deo viuere sub sancta di sciplina studēt: isti diuinā dulcedinē veris abrenū ciatoribus pmissā nō ignorant: & q grauiter mun dus errat & varie fallitur vident.

¶ Quod in deo super omnia bona & dona requi escendum est. ¶ Capm. 23.

Super oīa & in oībus requiesce anīa mea in dn̄o semp: q ipse est sanctorū eterna reqes. Da michi dulcissime & amātissime iesu ī te sup oēm creaturā reqescere. sup oēz salutē & pulcri tudinē / sup oēz gloriā & honorē sup oēm potentiā & dignitatē / sup oēm sciam & subtilitatē: sup oēs diui tias & artes / sup oēm leticiā & exultationē / sup oēm famā & laudē / sup oēm suauitatē & cōsolationē: sup oēm spem & pmissionē / sup oē meritū & desideriū: sup oīa dona & munera q potes dare & infūdere: su per oē gaudiū: & iubilationē quā potest mens cape

re et sentire. Denique sup oēs angelos et archangelos et sup oēm exercitū celi: sup oīa visibilia et inuisibilia: et sup oē quod tu deus meus nō es: quia tu de⁹ meus sup oīa optimus es. tu solus altissimus. tu solus potentissimus. tu solus sufficientissimus et plenissimus. tu solus suauissimus et solatiosissimus. tu solus pulcerrim⁹ et amantissimus tu solus nobilissimus et gloriosissimus sup oīa: in quo cūcta bona simul pfecte sunt fuerunt et erunt atque ideo minus ē et insufficiens quicquid pter teipsū michi donas vt de teipso reuelas: vel pmittis te nō viso nec plene adepto. Quoniā quidē nō potest cor meū veraciter requiescere nec totaliter contentari nisi in te requiescat: et oīa dona oēmque creaturā transcendat. O mi dulcissime sponse iesu christe amator purissime dñator vniuerse creature quis michi det pēnas vere libertatis ad volādū et pausandū in te. O qñ ad plenū dabit vacare michi et videre q̄ suauis es domine deus meus. Quando ad plenū recoligā me in te vt p amore tuo nō sentiā me: sz te solū sup oēm sensū et modū in modo nō oībus noto? Nunc autem frequenter gemo et infelicitatē meā cū dolore porto: quia multa mala in hac valle miseriarū occurrunt que me sepius conturbant contristant et obnubilant: sepius impediunt distrahunt alliciunt et implicāt ne liberū habeā accessū ad te: ne iocūdis fruar amplexibus presto semp beatis spiritibus. Moueat te suspiriū meū: et desolatio multiplex ī terra. O iesu splendor eterne glīe solamē pegrinātis aīe apud te est os meū sine voce: et silētiū meū loquit tibi. Usque quo tardat vēire dñs meus. Ueniat ad me

pauperculū suū ⁊ letū faciat. Mittat manū suā et
me miserū eripiat de omni angustia. Ueni veni qꝛ
sine te nulla erit quieta dies aut hora: quia tu leti-
cia mea: ⁊ sine te vacua est mensa mea. Miser sum
⁊ quodāmodo incarceratus ⁊ cōpedibus grauat⁹
donec luce presentie tue me reficias ac libertati do
nes: vultūqꝫ amicabilē demonstres. Querant alii
ꝓ te aliud quodcūqꝫ libuerit: ⁊ michi aliud īterim
nil placet nec placebit nisi tu deus meus: spes mea
salus eterna. Non reticebo nec depcari cessabo do
nec gratia tua reuertaꝶ: michiqꝫ tu intus loquaris
Ecce assum. Ecce ego ad te quia īuocasti me. lacri-
me tue ⁊ desideriū anime tue humiliatio tua ⁊ con
tritio cordis inclinauerunt me ⁊ adduxerunt ad te.
Et dixi. dn̄e inuocaui te/ ⁊ desideraui frui te parat⁹
oīa respuere ꝓpter te. Tu enī prior excitasti me vt
quererem te. Scis ergo benedictus dn̄e: qui fecisti
hanc bonitatē cū seruo tuo secundū multitudinem
misericordie tue. Quid habet vltra dicere dn̄e ser-
uus tuus corā te nisi vt humiliet se valde āte te me
mor semp ꝓprie iniquitatis ⁊ vilitatis. Non enī est
similis tui in cunctis mirabilibus celi ⁊ terre. Sūt
opera tua bona valde dn̄e: iudicia vera ⁊ ꝓuidētia
tua reguntꝛ vniuersa. Laus ergo tibi ⁊ gloria o pa-
tris sapientia te laudet ⁊ benedicat os meū anima
mea ⁊ cuncta creata simul.

¶ De recordatione beneficiorū dei multiplicium.
Capitulum. 24.

Aperi dn̄e cor meū in lege tua: ⁊ in p̄ceptis
tuis doce me ambulare. Da michi intelli-
gere voluntatē tuā: ⁊ cū magna reuerentia

ac diligenti consideratione beneficia tua tam ī generali q̄ in speciali memorari: vt digne tibi exhīc valeā gratias referre. Verū scio ꝛ confiteor nec ꝓ minimo puncto me posse debitas gratiarū laudes persoluere. Minor ego sum oībus bonis michi prestitis: ꝛ cū tuā nobilitatē attendo: deficit ꝑ magnitudine illius spiritus meus. Omnia que in aīa habemus ꝛ in corpore ꝛ quecūqꝫ exterius vel interius naturaliter vel supnaturaliter possidemus: tua sūt beneficia: ꝛ te benefactorē piū ac bonū cōmendat: a quo bona cuncta accepimus. Et si alius plura: alius pauciora accepit: omnia tū tua sūt: ꝛ sine te nec minimū haberi potest. Ille qui maiora accepit nō potest merito suo gloriari nec sup alios extolli nec minori insultare: quia ille maior ꝛ melior q̄ sibi minus ascribit ꝛ in regratiando humilior est atqꝫ deuotior. Et q̄ oībus viliorē se existimat ꝛ indigniorem se iudicat aptior est ad percipiendum maiora. Qui aūt pauciora accepit contristari nō debet: nec indignanter ferre neqꝫ ditiori inuidere: sed te potius attendere: ꝛ tuā bonitatē maxime laudare: q̄ tā affluenter tā gratis tā libenter sine ꝑsonarū acceptione tua munera largiris. Oīa ex te/ꝛ ideo in oībus es laudandus. Tu scis quid vnicuiqꝫ donari expediat: ꝛ cur iste minus ꝛ ille amplius habeat: non nostrū sed tuū est hoc discernere: apud quē singulorum diffinita sunt merita. Unde dn̄e deus pro magno etiā reputo beneficio nō multa habere: vn̄ exterius ꝛ ꝫm homīes laus ꝛ gloria appareat: ita vt q̄s considerata paupertate ꝛ vilitate persone sue non modo grauitatē aut tristiciā vel deiectionē inde cō

cipiat: sed potius cõsolationẽ ꝛ hilaritatẽ magnã quia tu deus pauperes ꝛ humiles: atq; huic mundo despectos tibi elegisti in familiares ꝛ domesticos. Testes sunt ipi apostoli quos principes super oẽm terrã cõstituisti: fuerũt tñ sine querela cõuersati in mũdo tã humiles ꝛ simplices sine oĩ malicia ꝛ dolo: vt etiã pati cõtumelias gauderẽt ꝑ nomine tuo ꝛ que mũdus abhorret ipsi amplecterẽtur affectu magno. Nichil ergo amatorẽ tuũ ꝛ cognitorẽ beneficiorũ tuorũ ita letificare debet sicut voluntas tua in eo ꝛ beneplacitũ eterne dispositionis tue: de qua tantũ contentari debet ꝛ consolari: vt ita libenter velit esse minimus: sicut aliquis optaret esse maximus: ꝛ ita pacificus ꝛ cõtentus ĩ nouissimo sicut in loco primo: atq; ita libenter despicabilis ꝛ abiectus nullius quoq; noĩs ꝛ fame: sicut ceteris honorabilior ꝛ maior in mũdo. Nã voluntas tua ꝛ amor honoris tui oĩa excedere debet ꝛ plus eũ consolari magisq; placere q̃ oĩa beneficia sibi data vel danda.

De quattuor magnã ĩportãtib⁹ pacẽ. Cpm. 25.

Fili nunc docebo te viã pacis ꝛ vere libertatis. Fac dñe qđ dicis: quia hoc michi gratũ est audire. Stude fili alterius potius facere voluntatẽ q̃ tuã. Elige semp minus q̃ pl⁹ habere. Quere semp inferiorẽ locũ ꝛ oĩbus subesse. Opta semp ꝛ ora vt voluñtas dei integre in te fiat. Ecce talis homo ingredit̃ fines pacis ꝛ quietis. Dñe sermo tuus iste breuis multũ in se cõtinet ꝑfectionis. paruus ẽ dictu: ſʒ plen⁹ sẽsu ꝛ vber ĩ fructu. Nã si posset a me fideliter custodiri: nõ debe-

ret tã facilis in me turbatio oriri : nã quotiẽs me impacatũ sentio ⁊ grauatũ ab hac doctrina me recessisse inuenio. Sed tu qui oĩa potes et aĩe ꝑfectũ semꝑ diligis: adauge maiorẽ gratiã vt possim tuũ cõplere sermonẽ et meã ꝑficere salutẽ.

¶ Oratio contra cogitationes malas. Cpm. 26.

Domine deus meus ne elongeris a me. deꝰ meus in auxiliũ meũ respice. quoniã insurrexerunt in me cogitationes vane: et timores magni affligentes aĩam meã. Quõ ꝑtransibo illesus quõ ꝑfringã eã? Ego inquit ante te ibo et gloriosos terre humiliabo. aperiã ianuã carceris: et archana secretorũ reuelabo tibi. Fac dñe vt loqueris et fugiant a facie tua oẽs inique cogitationes. Hec est spes et vnica cõsolatio mea ad te in oĩ tribulatione cõfugere/ tibi cõfidere: ex intimo ĩuocare et patienter consolationẽ tuã expectare.

¶ Orõ ꝓ illũinatiõe mẽtis deuotissima. Cpm. 27

Clarifica me bone iesu claritate eterni luminis et educ de habitaculo cordis mei tenebras vniuersas. Cohibe euagatiões multas et elide vim facientes tentatiões. Pugna fortiter ꝓ me et expugna. malas bestias: cõcupiscẽtias dico illecebrosas: vt fiat pax in vͥtute tua ⁊ abũdantia laudis tue resonet in aula sancta : hoc est ĩ consciã pura. Imperavẽtis et tẽpestatibꝰ: dic mari quiesce: dic aquiloni ne flaueris: et erit tranqllitas magna. Emitte lucẽ tuã et veritatẽ tuã: vt luceat suꝑ terrã: qꝛ terra sũ inanis et vacua donec illumĩes me. Effũde grãz tuã desuꝑ: ꝑfũde cor meũ gr̃a celesti: ministra deuotionis aquas ad irrigãdã

facie terre:ad producendu fructu bonu et optimu. Eleua mente pressam mole peccatoru:et ad celestia totu desideriu meu suspende:vt gustata suauitate superne felicitatis pigeat de terrenis cogitare. Rape me et eripe ab oi creaturaru indurabili consolatione:quia nulla res creata appetitu meu plenarie valet quietare et consolari. Junge me tibi inseparabili dilectionis vinculo:quonia tu solus amati sufficis:et absq te friuola sunt vniuersa.

¶ De euitatione curiose inquisitionis super alterius vita. Cpm.28.

Fili noli esse curiosus:nec vacuas gerere solicitudines. Quid hoc vel istud ad te:tu me sequere. Quid ei ad te vtru ille sit talis vel talis aut iste sic agit vel loquit. Tu no idiges respondere p aliis:sed p teipso ratione reddes. Quid ergo te implicas? Ecce ego oes cognosco et cuncta q sub sole fiunt video:et scio qualiter cu vnoquoq sit quid cogitet:quid velit et ad que fine tendat eius itentio. Michi igit comittenda sunt omia:tu vero serua te in bona pace et dimitte agitantem agitare quantu voluerit. Veniet super eu quicquid fecerit vel dixerit:qa me fallere no potest. Non sit tibi cure de magni nominis vmbra et no de multoru familiaritate nec de priuata hominu dilectione. Ista ei generant distractiones et magnas in corde obscuritates. Libenter loquerer tibi verbu meu et abscondita reuelare:si aduentu meu dilige̅ter obseruares et ostiu cordis michi aperires. Esto prouidus et vigila in orationibus et humilia te in oibus.

¶ In quibus firma pax cordis et verus profectus

consistit. Capitulum.29.

Fili ego locutus sũ. Pacẽ relinquo vobis: pacẽ meã do vobis. nõ quõ mũdus dat ego do vobis. pacẽ oẽs desiderant: sed que ad veram pacẽ pertinent nõ oẽs curant. Pax mea cũ humilibus ⁊ mansuetis corde. Pax tua erit in multa patientia. Si me audieris ⁊ vocẽ meã secutus fueris: poteris multa pace frui. Quid igit faciã? In omni re attende tibi quid facias: ⁊ quid dicas ⁊ omnẽ intentionẽ tuã ad hoc dirige vt michi soli placeas: ⁊ extra me nichil cupias vel queras: sed ⁊ de aliorũ dictis vel factis nil temere iudices: nec cum rebus tibi nõ commissis te implices ⁊ poterit fieri vt parũ vel raro turberis. Nunq̃ aũt sentire aliquaz turbationẽ nec pati aliquã cordis vel corporis molestiã: nõ est presentis temporis sed status eterne q̃etis. Non ergo estimes te verã pacẽ inuenisse si nullam senseris grauitatẽ: nec tũc totũ esse bonũ: si neminẽ pateris aduersariũ: nec hoc esse perfectũ si cũcta fiunt secundũ tuũ affectũ: neq; tũc aliquid magni te reputes aut specialiter dilectũ existimes si ĩ magna fueris deuotione atq; dulcedine: q: in istis nõ cognoscit verus amator virtutis nec in istis consistit profectus ⁊ pfectio homĩs. In quo ergo dñe? In offerendo te ex toto corde tuo voluntati diuine nõ querendo que tua sunt nec in paruo nec in magno nec in tẽpore nec in eternitate ita vt in vna eq̃li facie in gratiarũ actione pmaneas inter prospera ⁊ contraria: oĩa equa lance pensando. Si fueris tam fortis ⁊ longanimis in spe vt subtracta interiori ꝯsolatione etiã ad ampliora sustinenda cor tuũ

preparaueris/nec te iustificaueris ⁊ factū laudaueris: tūc ī vera ⁊ recta via pacis ābulas: ⁊ spes indubitata erit ꝙ rursus in iubilo faciē meā sis visurus. Quod si ad plenū tuiipsius cōtēptū ꝑueneris: scito ꝙ tunc abundantia pacis ꝑfrueris ſm possibilitatē tui incolatus.

¶ De eminentia libere mentis ⁊ ꝙ supplex oratio magis meretur ꝙ lectio. ¶ Cꝑm. 30.

Domine hoc opus est ꝑfecti viri nunꝙ ab intentione celestiū animū relaxare ⁊ īter multas curas quasi sine cura transire: nō more torpentis: sed prerogatiua quadā libere mētis nulli creature inordinata affectione adherendo. Obsecro te piissime deus meus ꝓserua me a curis hui⁹ vite ne nimis implicer/a multis necessitatibus corporis ne voluptate capiar. ab vniuersis aīe obstaculis: ne molestiis fractus deiiciar. non dico ab his rebus quas toto affectu ambit vanitas mūdana: sed ab his miseriis que animā serui tui cōi maledicto mortalitatis penaliter grauant ⁊ retardant ne ī libertatē spiritus quotiens libuerit valeat introire. O deus meus dulcedo ineffabilis verte michi in amaritudinē oēm consolationē carnalē: ab eternorum amore me abstrahentē ⁊ ad se intuitu cuiusdā boni delectabilis ꝓsentis male allicientē. Non me vincat deus meus nō vincat caro ⁊ sanguis: nō me decipiat mūdus ⁊ breuis gloria eius: nō me supplātet diabolus ⁊ astutia illius. Da michi fortitudinē resistendi: patientiā tolerandi: constantiā ꝑseuerādi. Da ꝓ oībus mundi cōsolationibus suauissimā spūs tui vnctionē: ⁊ ꝓ carnali amore tui noīs infū

de amorē. Ecce cibus potus vestis ac cetera vtensilia ad corporis sustentaculū ptinentia feruenti spiritui sunt onerosa. Tribue talibus fomentis tēperate vti nō desiderio nimio īplicari. Abiicere omnia nō licet: quia natura sustendāda est: requirere aūt supflua ⁊ que magis delectant: lex sancta ꝓhibet. nā alias caro aduersus spiritū insolesceret. Inter hec queso manꝰ tua me regat ⁊ doceat ne quid nimium fiat.

¶ Quod priuatus amor a sūmo bono maxime retardat. ¶ Capitulum. xi.

Fili oportet te dare totū pro toto ⁊ nichil tui ipsius esse. Scito ꝙ amor tuiipsius magis nocet tibi ꝙ̄ aliqua res mundi. Secundum amorē ⁊ affectū quē geris: quelibet res plus vel minus adheret. Si fuerit amor purus tuꝰ simplex et bñ ordinatꝰ: eris sine captiuitate rerū. Noli ꝯcupiscere qđ nō licet habere. Noli hr̄e qđ te pōt īpedire ⁊ libertate īteriori priuare. Mirū ꝙ nō ex toto fūdo cordis teipsū michi cōmittis cū oībus q̄ desiderare potes vel habere. Quare vano merore ꝯsumeris? Cur supfluis curis fatigaris? Sta ad beneplacitū meū ⁊ nullū patieris detrimētū. Si q̄ris hoc vel illud ⁊ volueris eē ibi vel ibi ꝓpter tuū cōmodū ⁊ ꝓpriū bñplacitū magis habēdū: nunꝙ̄ eris ī q̄etudine nec liber a solicitudine: qꝛ ī oī re repiet aliq̄s defectus: ⁊ in oī loco erit q̄ aduerset. Iuuat igit nō q̄libet res adepta vel multiplicata exterius: sꝫ potiꝰ cōtēpta ⁊ decisa ex corde radicitꝰ. Qđ nō tantū de cēsu eris ⁊ diuitiaꝝ ītelligas: sꝫ de honoris etiā ābitu ac vane laudationis desiderio: q̄ oīa transeūt cū

mundo. Munit parũ locus: si deest spiritus feruo-
ris. Nec diu stabit pax illa quesita forinsecus: si va
cat a vero fundamẽto status cordis. hoc est: nisi ste-
teris in me. pmutare te potes: sz nõ meliorare. Naz
occasione orta ⁊ accepta ĩuenies quod fugisti ⁊ am
plius. ¶ Oratio pro purgatione cor
dis ⁊ celesti sapientia. Capm. 32.

Confirma me deus p gratiã sancti spiritus
da virtutẽ corroborari in interiori homĩe ⁊
cor meũ ab omni inutili solicitudine ⁊ an-
gore euacuare nec variis desideriis trahi cuiuscum
qz rei vilis aut preciose: sed oĩa inspicere sicut tran
seuntia ⁊ me pariter cũ illis transiturũ: quia nichil
permanens sub sole: nisi oĩa vanitas ⁊ afflictio spi
ritus. O q̃ sapiens q̃ ita considerat. Da michi dñe
celestẽ sapientiã vt discã te super oĩa querere et in-
uenire: sup oĩa sapere ⁊ diligere: ⁊ cetera secunduz
ordinẽ sapientie tue prout sunt intelligere. da pru-
denter declinare blandientẽ: ⁊ patienter ferre ad-
uersantẽ. quia hec magna sapientia nõ moueri om
ni vento verborũ: nec aurẽ male blandienti prebe-
re syreni: sic enĩ incepta pergit via secure.
¶ Contra linguas obtrectatorũ. Capm. 33.

Fili nõ egre feras si quidã de te male sense-
rit ⁊ dixerit quod nõ libenter audias. Tu de
teriora de teipso sentire debes: ⁊ neminẽ in
firmiorẽ te credere. Si ambulas abintra: nõ mul-
tum ponderabis volantia verba. Est nõ parua pru
dentia silere in tempore malo ⁊ introrsus ad me cõ
uerti nec humano iudicio disturbari. nõ sit pax tua
in corde hoĩm: siue enĩ bene siue male interpretati

fuerint nō es igit alter homo. Ubi est vera pax et vera gloria? Nonne in me? Et qui nō appetit hoībus placere nec displicere timet: multa pfruet pace. Ex inordinato amore et vano timore orit omīs īquietudo cordis et distractio sensuū.

Qualiter instante tribulatione deus inuocandus est et benedicendus. Cpm. 34.

Sit nomen tuū dñe benedictū in secula: qui voluisti hanc tentationē et tribulationem venire sup me. Non possū eā effugere: sz necesse habeo ad te confugere vt me adiuues et ī bonum michi conuertas. Dñe modo sū in tribulatione et nō est cordi meo bene: sed multū vexor a presenti passione. Et nunc pater dilecte quid dicam? Deprehēsus sū inter angustias: saluifica me ex hora hac. Sed ppterea veni in hanc horā vt tu clarificeris cū fuero valde humiliatus et p te liberatus. Complaceat tibi dñe vt eruas me: nā ego paup qd agere possū: et quo ibo sine te? Da patientiam dñe etiā hac vice. Adiuua me deus meus et nō timebo quantūcunqz grauatus fuero. Et nūc inter hec qd dicam? Dñe fiat voluntas tua: ego bene merui tribulari et grauari: oportet vtiqz vt sustineā. et vtinā patienter: donec transeat tempestas et melius fiat. Potens est aūt oīpotens manus tua etiā hanc tētationē a me auferre et eius impetū mitigare: ne penitus succumbā quēadmodū et prius sepe egisti mecū deus meus misericordia mea. Et quāto michi difficilius: tanto tibi facilior est hec mutatio dextere excelsi.

De diuino petendo auxilio et confidentia recu-

perande gratie. Cpm. 35.

Fili ego dñs confortans in die tribulatiõis. Uenias ad me cũ tibi nõ fuerit bene. Hoc ẽ quod maxime impedit cõsolationẽ celestez quia tardius cõuertis te ad orationẽ. Nam anteq̃ me intente roges: multa interim solatia queris: et recreas te in externis. Ideoq̃ fit vt parũ oĩa ꝓsint donec aduertas: quia ego sũ qui eruo sperantes in me: nec est extra me valens consiliũ neq̃ vtile: sed neq̃ durabile remediũ. Sed iã resũpto spiritu pꝰ tempestatẽ recõualesce in luce miserationũ mearũ quia ꝓpe sũ dicit dñs: vt restaurẽ vniuersa nõ solũ integre: sed ⁊ abundanter ⁊ cumulate. Nũquid michi quicq̃ est difficile: aut ero similis dicenti ⁊ non facienti? Ubi est fides tua. Sta firmiter ⁊ ꝑseuerãter. Esto longanimis ⁊ vir fortis veniet tibi consolatio in tempore suo. Expecta me expecta: veniam ⁊ curabo te. Tentatio est que te vexat ⁊ formido vana que te exterret. Quid importat solicitudo de futuris contingentibus: nisi vt tristiciã sup tristiciã habeas. Sufficit diei malitia sua. Uanũ ẽ et inutile de futuris conturbari vel gratulari q̃ forte nunq̃ euenient. Sed humanũ est huiusmodi imaginatiõibus illudi: ⁊ parui adhuc animi signũ tã leuiter trahi a suggestione inimici. Ipse enĩ non curat an veris an falsis illudat ⁊ decipiat: ⁊ vtrum presentiũ amore an futurorũ formidine ꝓsternat. Non ergo turbet cor tuũ neq̃ formidet. Crede in me: ⁊ in mĩa mea habeto fiduciã. Quando tu te elongatũ estimas a me: sepe sũ ꝓpinquior. Quãdo tu estimas totũ perditũ: tunc sepe magis merendi

instat lucrū. Non est totū pditū: quādo res accidit in contrariū. Non debes iudicare secūdū p̄sens sē tire: nec sic grauitati alicui vndecunqꝫ venienti inherere ⁊ accipe: tanq̄ oīs spes sit ablata emergēdi Noli putare te derelictū ex toto: q̄uis ad tēpus miserim tibi aliquā tribulationē: sic enī transit ad regnū celoꝝ. ⁊ hoc sine dubio magis expedit tibi ⁊ ceteris seruis meis vt exercitemini aduersis: q̄ si cūcta ad libitū haberetis. Ego noui cogitationes absconditas quia multū expedit ꝓ salute tua vt interdū sine sapore relinquaris ne forte eleueris ī bono successu ⁊ tibiipsi placere velis in eo quod nō es.
Quod dedi auferre possū ⁊ restituere cū michi placuerit. Cū dedero meū est. cū subtraxero: tuū nō tuli. quia meū est oē datū bonū/⁊ oē donū pfectū.
Si tibi admisero grauitatē/aut quālibet contrarietatē: nō indigneris neqꝫ concidat cor tuū: ⁊ ego cito subleuare possū: ⁊ oē onus in gaudiū trāsmutare. Ueruntamē iustus sū: ⁊ recomēdabilis multū: cū sic facio tecum. Si recte sapis ⁊ in veritate aspicis: nunq̄ debes ꝓpter aduersa tā deiecte contristari: sed magis gaudere et gratias agere: imo hoc vnicū reputare gaudiū q̄ affligens te doloribus non parco tibi. Sicut dilexit me pater ego diligo vos dixi dilectis discipulis meis quos vtiqꝫ nō misi ad gaudia temporalia sꝫ ad magna certamina. nō ad honores: sed ad despectiones. nō ad ociū: sed ad labores. nō ad requiē: sed ad afferendū fructū multū in patientia. Horū memento fili mi verborū.

¶ De neglectu omnis creature vt creator possit inueniri. Capitulum. 36.

Domine mi adhuc bene īdigeo maiori gra-
tia: si debeā puenire vbi me nemo poterit
nec vlla creatura impedire. Nam q̄diu res
aliqua me retinet nō possū libere ad te volare. Cu-
piebat libere volare qui dicebat. Quis dabit mi-
chi pennas sicut colūbe et volabo et requiescam.
Quid simplici oculo quietius et quid liberius nil
desiderante in terris? Oportet igit̄ oēm ptransire
creaturā: et seip̄m pfecte deserere ac in excessu mē-
tis stare ⁊ videre te oīm conditorē cū creaturis nil
simile habere. Et nisi quis ab oībus creaturis fu-
erit expeditus nō poterit libere intendere diuinis.
Ideo enī pauci inueniunt̄ contemplatiui: q2 pauci
sciunt se a perituris creaturis ad plenū sequestra-
ri. Ad hoc magna requirit̄ gratia que aīm leuet et
supra seipsā rapiat. Et nisi homo sit in spiritu ele-
uatus et ab oībus creaturis liberatus ac deo totus
vnitus quicquid scit quicquid etiā habet nō est ma-
gni ponderis. Diu paruus erit ⁊ in terra iacebit q̄
aliquid magni estimat nisi solū vnū immensū eter-
num bonū. Et quicquid deus nō est nichil est et pro
nichilo computari debet. Est quippe magna diffe-
rentia/sapientia illuminati et deuoti viri: et sciētia
litterati et studiosi clerici. Multo nobilior est illa
doctrina que desursū ex diuina influentia manat:
q̄ que laboriose humano acquirit̄ igenio. Plures
reperiunt̄ contemplationē desiderare: sed q̄ ad eā
requirunt̄ nō student exercere. Est et magnū impe-
dimentū quia in signis et rebus sēsibilibus stat̄ et
parū de pfecta mortificatione habet̄. Nescio quid
est et quo spiritu ducimur et quid pretēdimus qui

spirituales dici videmur: q totū laborē ⁊ amplio/rem solicitudinē pro transitoriis et vilibus rebus agimus: et de īterioribus nostris vix raro plene recollectis sensibus cogitamus. Prothdolor statim post modicā recollectōnē foras erūpimus: nec opera nostra districta examinatione trutinamus. Ubi iacent affectus nostri nō attendimus et q̄ impura sint oīa nostra nō deploramus. Omnis quippe caro corruperat viā suā et ideo sequebatꝰ diluuiū magnum. Cū ergo interior affectus noster corruptus sit: necesse est vt actio sequens iudex carentie interioris vigoris corrumpatꝰ. Ex puro corde procedit fructus bone vite. Quantū quis fecerit queritꝰ sed ex q̄nta virtute agit nō tam studiose pensatꝰ. Si fuerit dimes fortis pulcer abilis vel bonꝰ scriptor bonꝰ cātor: bonus laborator īuestigatꝰ: q pauper sit spiritu q̄ patiens ⁊ mitis q̄ deuotus ⁊ internus a multis tacetꝰ. Natura exteriora hominis respicit: gratia ad interiora se conuertit. Illa frequenter fallitꝰ ista in deo sperat vt nō decipiatꝰ.

¶ De abnegatione sui ⁊ abdicatione omnis cupiditatis. Capitulum. 37.

Fili nō potes perfecte possidere libertatem nisi totaliter abneges temetipm. Compediti sunt oēs ꝓprietarii ⁊ suiipsius amatores cupidi curiosi gyrouagi querentes semꝑ mollia nō que iesu christi: sed sepe hoc fingentes ⁊ componentes quod nō stabit. Peribit enī totū qđ non est ex deo ortū. Tene breue ⁊ consūmatū verbum. Dimitte oīa ⁊ inuenies oīa. Dimitte cupiditatē ⁊ inuenies requiē. Hoc mente ꝑtracta ⁊ cū impleue-

ris oīa intelliges. Dn̄e hoc non est opus vnius diei nec ludus paruulorū: imo in hoc breui includit oīs pfectio religiosorū. Fili nō debes auerti nec statim deiici audita via pfectorū: sed magis ad sublimiora puocari ⁊ ad minus ad hec ex desiderio suspirare. Utinā sic tecū eēt ⁊ ad hoc peruenisses: vt tuiipsiꝰ amator nō esses: sȝ ad nutū meuȝ pure stares ⁊ eius quē tibi pposui pr̄is tūc michi valde placeres ⁊ tota vita tua cū gaudio ⁊ pace trāsiret. Habes adhuc multa ad relinqndū q̄ nisi michi ex itegro resignaueris nō acquires qđ postulas. Suadeo tibi a me emere aurū ignitū vt locuples fias: id est sapiam celestē oīa infima cōculcātē. Postpone terrenā sapientiā: oēm humanā cōplacētiā ⁊ ppriā. Dixi tibi: viliora emenda p p̄ciosis ⁊ altis in rebus hūanis. Nā vilis ⁊ parua ac pene obliuioni tradita videt vera celestis sapia nō sapiēs alta de se nec magnificari q̄rens in terra: quā multi oreten p̄dicāt: sȝ vita longe dissentiūt: ipsa tn̄ est preciosa margarita a multis abscondita.

¶ De instabilitate cordis ⁊ de intētione finali ad deū habenda. Cpm. 38.

Fili noli credere affectui tuo/ qui nūc est: cito mutabit ī aliud. Quādiu eī vixeris mutabilitati subiectus eris/ etiā nolēs: vt mō letus: mō tristis: mō pacatus: mō turbatus: nūc deuotꝰ: nūc indeuotꝰ: nūc studiosus: nūc accidiosus: nūc grauis nūc leuis īueniaris. Sed stat super hec mutabilia sapiēs ⁊ bn̄ doctus in spū/ nō attēdēs qđ in se sentiat vel q̄ parte flat vētus instabilitatis: sed tota intētio mētis eius ad debitū ⁊ ad optimū pficiat finē. Nā sic poterit vnꝰ ⁊ idē incōcussus pma

nere simplici intẽtionis oculo ꝑ tot varios euẽtus ad me impternusse directo. Quãto aũt purior fuerit intẽtiõis ocul⁹: tãto cõstãtius ĩter diuersas itur ꝓcellas. Sed ĩ multis caligat ocul⁹ pure intẽtiõis respicit enĩ cito in aliqꝺ delectabile qꝺ occurrit: et raro tot⁹ liber ꝗs ĩuenit̃ a neuo ꝓprie exqͥsitionis. Sic iudei olim venerãt ĩ bethaniã ad Marthã et Mariã/ nõ ꝓpter iesũ tm̃: ſꝫ vt lazarũ viderẽt. Mũdãd⁹ est ḡ intẽtiõis ocul⁹ vt sit simplex ⁊ rectus: atq̃ vltra oĩa varia media ad me dirigẽdus.

¶ Qꝺ amãti sapit de⁹ suꝑ oĩa ⁊ ĩ oĩb⁹. Cꝑm. 39.

Ecce de⁹ me⁹ ⁊ oĩa. Quid volo ãpli⁹ ⁊ ꝗd felicius desiderare possum? O sapidũ ⁊ dulce vbũ: ſꝫ amãti vbũ nõ mũdũ nec ea q̃ ĩ mũdo sũt. De⁹ me⁹ ⁊ oĩa. Intelligẽti satis dictũ ẽ: ⁊ sepe repetere iocũdũ ẽ amãti. Te siqͥdẽ pñte iocunda sũt oĩa: te aũt absẽte fastidiũt cũcta. Tu facis cor trãqͥllũ ⁊ pacẽ magnã leticiãq̃ festiuã. Tu facis bñ sẽtire de oĩbus ⁊ ĩ oĩbus te laudare: nec põt aliqͥd sine te diu placere: ſꝫ si debet gratũ eẽ ⁊ bene sape: oportet grãm tuã adesse ⁊ cõdimẽto tue sapĩe cõdiri. Cui tu sapis quid ei recte nõ sapiet? ⁊ cui tu nõ sapis ꝗd ei ad iocũditatẽ esse poterit? Sed deficiunt ĩ tua sapĩa mũdi sapiẽtes ⁊ qui carnẽ sapiũt: quia ibi plura vanitas ⁊ hic mors inuenit̃. Qui aũt te per contemptũ mundanorũ ⁊ carnis mortificationẽ sequunt̃ vere sapientes esse cognoscunt̃: quia de vanitate ad veritatẽ de carne ad spũm trãsferunt̃. Istis sapit deus ⁊ quicqͥd inuenit̃ ĩ creaturis totũ referũt ad laudẽ sui cõditoris. Dissimilis tñ ⁊ multum dissimilis sapor creatoris ⁊ creature:

eternitatis ⁊ tēporis lucis increate ⁊ lucis illuminate. O lux ꝑpetua cuncta creata transcendens lumina fulgura coruscationē de sublimi penetrantē oīa intima cordis mei purifica letifica clarifica ⁊ viuifica spiritū meū cū suis potentiis ad inherendū tibi iubilosis excessibus. O quando veniet hec beata ⁊ desiderabilis hora vt tua me saties presētia vt sis michi oīa in oībus. Quādiu hoc datū nō fuerit nec plenū gaudiū erit. Adhuc proth dolor viuit in me vetus homo: nō est totus crucifixus: nō est perfecte mortuus. Adhuc concupiscit fortiter aduersus spiritū bella mouet intestina nec regnū aīe patit esse quietū. Sed tu q̄ dn̄aris potestati maris ⁊ motum fluctuū eius tu mitigas exurge adiuua me. Dissipa gentes que bella volunt contere eas in virtute tua ostende queso magnalia tua: ⁊ glorificetur dextera tua: qꝛ nō ē spes alia nec refugiū michi nisi in te dn̄e deus meus.

Quod nō est securitas a tentatione in hac vita. Capitulum. 40.

Fili nunq̄ securus es in hac vita sed quoad vixeris semp arma spiritualia tibi sunt necessaria. Inter hostes versaris a dextris ⁊ a sinistris impugnaris. Si ergo nō vteris vndiq; scuto patientie: nō eris diu sine vulnere. Insup si non ponis cor tuū fixe in me: cū mera voluntate cuncta patiendi ꝓpter me: nō poteris ardorē istū sustinere nec ad palmā ꝑtingere beatorū. Oportet te ergo viriliter oīa pertransire: ⁊ potenti manu vti aduersus obiecta. Nam vincenti dat māna: ⁊ torpenti relinquit multa miseria. Si queris in hac vita requiem: quō

tunc peruenies ad eternā? Non ponas te ad multam requiē: sed ad magnā patientiā. Quere verā pacē nō in terris: sed in celis. nō in hoībus nec ī ceteris creaturis: sed in deo solo. Pro amore dei debes oīa libenter subire. labores. s. et dolores tentationes vexationes anxietates necessitates / infirmitates iniurias oblocutiones reprehensiones humiliationes confusiones correctiones et despectiones Hec iuuant ad virtutes hec ꝓbant christi tironē. hec fabricant celestē coronā. Ego reddā ei eternā mercedem ꝓ breui labore et infinitā gloriā ꝓ transitoria confusione. Putas ꝙ semꝑ habebis ꝓ tua voluntate consolationes spirituales? Sancti mei nō habuerunt tales: sed multas grauitates et tentationes varias magnasqꝫ desolationes: sed patiētes sustinuerunt se in oībus et magis sunt confisi deo ꝙ̄ sibi scientes: quia nō sunt condigne passiones huius temporis ad futurā gloriā promerendā. Uis tu statim habere: quod multi post lacrimas et magnos labores vix obtinuerunt? Expecta dn̄m viriliter age et confortare noli diffidere noli discedere: sed corpus et aīam expone constanter ꝓ gloria dei. Ego reddā plenissime. Ego tecū ero in tribulatione.

Contra vana hoīm iudicia. Cp̄m. 41.

Fili iacta cor tuū firmiter in dn̄o et humanū ne metuas iudiciū vbi te conscientia pium reddit et insontē. Bonū est et beatū taliter pati: nec hoc erit graue humili cordi: et deo magis ꝙ̄ sibiipsi cōfidenti. Multi multa loquūtur: et ideo parua fides est adhibenda. Sed et oībus satis esse nō est possibile. Et si paulus oībus studuit in domi-

no placere: et oibus oia factus est tn etia p minimo duxit qd ab huano die iudicat? fuerit. Egit satis p aliorum edificatiõe et salute qntu i se erat et poterat: sz ne ab aliis aliqn iudicaret vel nõ despiceret cobibere nõ potuit: ideo totu deo cõmisit qui totu nouerat et patientia et humilitate contra ora loquẽtiu iniqua ac etia vana ac mendosa cogitantiu atqz p libitu suo queqz iactantiu se defendit. Respõdit tn interdu ne infirmis ex sua taciturnitate generaretur scandalu. Quis tu vt timeas a mortali homie Hodie est et cras nõ cõparet. Deu time: et hoim terrores nõ expauesces. Quid potest aliquis in te verbis aut iniuriis? Sibi potius nocet q tibi: nec poterit iudiciu dei effugere quicunqz est ille. Tu habe deu pre oculis et noli cõtendere verbis qrulosis Quod si ad psens videris succubi et confusionẽ pati qua nõ meruisti: ne indigneris ex hoc neqz p impatientia minuas corona tua: sed ad me potius respice in celu qui potens su eripere ab oi cõfusione et iniuria et vnicuiqz reddere fm opera sua.

De pura et integratione sui ad obtinendam cordis libertatem. Cpm. 42.

Fili relinque te: et inuenies me. Sta sine electione et oi pprietate: et sep lucraberis. Na et adiciet tibi amplior gratia: statim vt te resignaueris nec resupseris. Dñe quotiens me resignabo et in quibus me relinqua? semp et in oibo ra sicut in paruo sic et in magno nichil excipio: sed in oibus te nudatu iueniri volo. Alioqn quõ poteris esse meus et ego tuus/nisi fueris ab oi ppria volutate itus et foris spoliatus? Quanto celerius hoc

agis tanto melius habebis. ꝛ quãto plenius ꝛ sincerius: tãto plus michi placebis ꝛ ãplius lucraberis. Quidã se resignãt: sꝫ cũ aliqua exceptione. Nõ eĩ plene deo cõfidũt: ideo ꝓuidere sibi satagũt. Quidã etiã primo totũ offerũt: sꝫ postea tentatione pulsante ad ꝓpria redeũt: ideo mĩme in virtute ꝓficiunt. Hi ad verã puri cordis libertatẽ / ꝛ iocunde familiaritatis mee gratiã nõ ꝑtingent / nisi integra resignatione ꝛ quotidiana sui ĩmolatione priꝰ facta sine qua nõ stat / nec stabit vnio fruitiua. Dixi tibi sepissime ꝛ nũc iterũ dico. Relinque te: resigna te: ꝛ frueris magna interna pace. Da totũ ꝓ toto: nil exquire. nil repete. sta pure ꝛ inhesitãter ĩ me: ꝛ habebis me. Eris liber in corde ꝛ tenebre nõ cõculcabũt te. Ad hoc conare. hoc ora hoc stude desiderare: vt ab oĩ ꝓprietate possis expoliari: ꝛ nudus nudũ iesũ sequi: tibi mori: ꝛ michi eternaliter viuere. Tunc deficient oẽs vane fantasie: cõturbationes ĩique ꝛ cure supflue. Tunc etiã recedet ĩmoderatus timor: ꝛ inordinatus amor moriet.

De bono regimine in externis ꝛ recursu ad deũ in periculis. Cpm. 43.

Fili ad istud diligenter tendere debes vt in oĩ loco actione seu occupatione externa sis intimus liber ꝛ tuiipsius potens ꝛ sint oĩa sub te ꝛ tu nõ sub eis: vt sis dñs actionũ tuarũ: ꝛ rector: nõ seruus nec empticius: sed magis exemptꝰ: veruſqꝫ hebreus in sortẽ ac libertatẽ transiens filiorum diei: qui stant super presentia ꝛ speculantur eterna qui transitoria intuent sinistro oculo ꝛ dextro celestia: quos tẽpalia nõ trahũt ad ĩherẽdũ: sꝫ

trahūt ipi ea magis ad bñ seruiendū ꝓut ordinata sunt a deo: ⁊ instituta a sūmo opifice qui nil inordinatū reliquit in sua creatura. Si etiā in omni euētu stas nō in apparentia externa: nec oculo carnali lustras visa vel audita: sed mox in qualibet causa intras cū moyse in tabernaculū ad consulendū dñz: audies nōnunq̄ diuinū responsum: ⁊ redies instructus de multis presētibus ⁊ futuris. Semꝑ eī moyses recursū habuit ad tabernaculū ꝓ dubiis ⁊ questionibus soluendis fugitq̄ ad orationis adiutorium ꝓ periculis et improbitatibus hoīm subleuādis. Sic ⁊ tu confugere debes in cordis tui secretarium diuinū intentius implorādo suffragiū. Propterea nāq̄ iosue ⁊ filii israel a gabaonitis legunt decepti: quia os dñi nō prius interrogauerunt: sed nimiū creduli dulcibus sermōibus falsa pietate delusi sunt.

¶ Quod homo non sit importunus in negociis. Cp̄m. 44.

Fili cōmitte michi semꝑ causā tuā ⁊ ego bene disponā in tempore suo. Expecta ordinationem meā: ⁊ senties inde ꝓfectū. Domine satis libenter oēs res tibi cōmitto quia parū potest cogitatio mea ꝓficere. Utinā nō multū adhererem futuris euentibus: sed ad beneplacitū tuum me incunctanter offerrē. Fili mi sepe homo rē aliquā agitat quā desiderat: sed cū ad eā ꝑuenerit aliter incipit sentire quia affectiones circa idē nō sūt durabiles: sꝫ magis de vno in aliud nos impellūt. Non ergo minimū etiā in minimis se relinquere. Uerus ꝓfectus hominis est abnegatio suiipsius et homo abnegatus valde liber est ⁊ securus. Sed an

tiquus hostis oībus bonis aduersans a tentatione nō cessat: ⁊ die noctuq; graues molit̄ insidias: si forte in laqueū deceptionis possit p̄cipitare incautū. Vigilate ergo ⁊ orate dicit dn̄s vt nō intretis in tē-tationem. ¶ Quod homo nichil boni ex se habet ⁊ de nullo gloriari potest. Cpm. 45.

Domine q̄d est homo q̄ memor sis eius aut filius homīs quia visitas eū. Quid promeruit homo vt dares illi gratiā tuā? Domie quid possū conqueri si deseris me. aut quid iuste obtendere possū si quod peto nō feceris? Certe hoc in veritate cogitare possū et dicere. Dn̄e nichil sū: nichil boni ex me habeo: sed in oībus deficio ⁊ ad nichil semp̄ tendo. Et nisi a te fuero adiutus ⁊ interius informatus: totus efficior tepidus ⁊ dissolutus. Tu aūt dn̄e semp̄ idē ipse es ⁊ permanes ineternū. semp̄ bonus/iustus/⁊ sanctus: bene iuste/ ac sancte agens oīa ⁊ disponens in sapientia. Sed ego q̄ ad defectū magis pronus sū q̄ ad p̄fectū: nō sū semp̄ in vno statu perdurans: quia septē tempora mutātur sup̄ me. Veruntamē cito melius fit: cū tibi placuerit ⁊ manū porrexeris adiutricē: quia tu solus sine humano suffragio poteris auxiliari: ⁊ in tantū confirmare vt vultus meus amplius in diuersa nō mutet̄: sed in te vno cor meū conuertat̄ ⁊ quiescat. Unde si bene scirem oēm humanā consolationem abiicere: siue p̄pter deuotionē adipiscendā: siue p̄pter necessitatē qua compellor te querere: quia nō est homo qui me cōsolet̄: tunc merito possē de gratia sperare tua ⁊ de dono noue consolationis exultare. Gratias tibi vnde totum venit quotienscunq;

michi bene succedit. Ego aũt vanitas ⁊ nichilũ an te te: inconstans homo ⁊ infirmus. Unde ego possũ gloriari aut cur appeto reputari? Nũquid de nichilo ⁊ hoc vanissimũ est? Uere inanis gloria/mala pestis/vanitas maxima/quia a vera trahit gloria ⁊ celesti spoliat gratia. Dũ enĩ homo cõplacet sibi displicet tibi. dũ inhiat laudibus humanis: priuatꝛ veris virtutibꝰ. Est aũt vera gloria ⁊ exultatio sancta: gloriari in te ⁊ nõ in se. gaudere in noĩe tuo nõ in virtute ꝓpria nec in aliqua creatura delectari/nisi ꝓpter te. Laudetꝛ nomẽ tuũ nõ meũ/magnificetꝛ opus tuũ nõ meũ. benedicatꝛ nomẽ sanctũ tuum: nichil aũt attribuatꝛ michi de laudibus hoĩm Tu gloria mea: tu exultatio cordis mei. In te gloriabor ⁊ exultabo tota die: ꝓ me aũt nichil nisi in infirmitatibꝰ meis. Querãt iudei gloriã q̃ ab inuicẽ est: ego hãc requirã q̃ a solo deo est. Oĩs quidẽ gloria humana: oĩs honor tẽporalis: oĩs altitudo mũdana eterne glorie tue cõparata vanitas est et stultitia. O veritas mea ⁊ mĩa mea deus meus trinitas beata tibi soli laus virtus honor ⁊ gloria per infinita seculorũ secula. Amen.

¶ De contemptu oĩs tꝑalis honoris. Cpm. 46.

Fili noli tibi attrahere si videas alios honorari ⁊ eleuari: te aũt despici ⁊ hũiliari. Erige cor tuũ ad me in celũ ⁊ nõ contristabit te contemptus hoĩs in terris. Dñe in cecitate sumus ⁊ vanitate: cito seducimur. Si recte me inspicio: nunq̃ michi facta est ĩiuria ab aliqua creatura. vñ nec iuste habeo conqueri aduersũ te. Quia aũt frequenter ⁊ grauiter peccaui tibi merito armatꝛ con

tra me oīs creatura. Michi igitur iuste debet cōfusio ⁊ cōtemptus/tibi aūt laus honor ⁊ gloria. Et nisi me ad hoc pparauero q̄ velim libenter ab oī creatura despici ⁊ relinqui atq̄ penitus nichil videri: nō possū interius pacificari: ⁊ stabiliri: nec spiritu aliter illuminari neq̄ plene tibi vniri.

Quod pax nō est ponēda in hoībus. Cpm. 47.

Fili si ponis pacē tuā cū aliqua psona propter tuū sentire ⁊ conuiuere instabilis eris ⁊ impacatus. Sed si recursū habes ad semp viuentē ⁊ manētē veritatē nō contristabit te amicus recedēs aut moriēs. In me debet amici dilectō stare ⁊ ppter me diligēdus est q̄squis tibi bonus visus est ⁊ multū carus in hac vita. Sine me non valet nec durabit amicicia nec est vera ⁊ munda dilectio quā ego nō copulo. Ita mortuus debes esse talibus affectionib⁹ dilectorū hoīm vt q̄tū ad te ptinet sine oī humano optares esse cōsortio. Tāto hō deo magis appropinquat q̄to ab oī solatio terreno longius recedit. Tanto etiā altius ascendit ad deū quāto pfūdius in se descēdit ⁊ plus sibiipsi vilescit. Qui aūt aliquid boni sibi attribuit: grāz dei in se venire impedit q̄r grā spūs sancti cor humile querit semp. Si scires te pfecte ānichilare atq̄ ab oī creato amore euacuare tūc deberem in te cū magna gratia emanare. Sed qn̄ tu respicis ad creaturas: subtrahitur tibi aspectus creatoris. Disce te ī oībus ppter creatorē vincere tūc ad diuinā valebis cognitionē pertingere. Quantūcunq̄ modicum sit si inordinate diligitur ⁊ respicitur retardat a summo/⁊ vitiat.

Contra vanā ⁊ secularē sciam. Cpm. 48.

NIli nō moueāt te pulcra ⁊ subtilia dicta hominū. Non enī est regnū dei in sermone: sz in virtute. Attēde verba mea que corda accendunt ⁊ mentes illuminant: inducunt cōpunctionē/⁊ variā ingerunt consolationē. Nunq̄ ad hoc legas verbū vt doctior aut sapientior possis videri sed stude mortificationē vitiorū. quia hoc amplius tibi proderit q̄ noticia multarū difficiliū questionum. Cū multa legeris ⁊ cognoueris: ad vnū tamē oportet venire principiū. Ego sū qui doceo hoīem sciam: et clariorē intelligentiā paruulis tribuo: q̄ ab homine possit doceri. Cui ego loquor: cito sapiens erit ⁊ multū in spiritu ꝓficiet. Ve illis q̄ multa curiosa ab hoībus inquirunt ⁊ de via michi seruiendi parū curant. Veniet tempus quando apparebit magister magistrorū/christus dn̄s angelorū cunctorū auditurus lectiones. hoc est singulorū examinaturus conscientias: ⁊ tunc scrutabit̄ hierusalem in lucernis ⁊ manifesta erunt abscondita tenebrarū: tacebuntq̄ argumenta linguarū. Ego sum qui humilē in puncto eleuo mentē vt plures eterne veritatis capiat rationes q̄ si quis decem annis studuisset in scolis. Ego doceo sine strepitu verborū sine confusione opinionū: sine fastu honoris: sine pugnatione argumentorū. Ego sū qui doceo terrena despicere/presentia fastidire: eterna querere: eterna sapere: honores fugere: scandala sufferre: omnem spem in me ponere: extra me nil cupere: et super oīa ardenter me amare. Nam quidā amando me intime didicit diuina ⁊ loquebatur mirabilia.

Plus profecit ī relinquendo oīa q̄ in studēdo subtilia. Sed aliis loquor coīa: aliis specialia: aliquibus in signis ꝛ figuris dulciter appareo: quibusdā vero in multo lumine reuelo mysteria. Una vox librorū: sed nō oēs eque informat: quia intus sum doctor veritatis: cordis scrutator: cogitationū intellector: actionū ꝓmotor: distribuens singulis sicut dignū iudicauero.

¶ De nō attrahendo sibi res exteriores. Cp̄m. 49.

Fili in multis oportet te esse insciū: ꝛ estimare te tanq̄ mortuū super terram ꝛ cui totus mundus crucifixus sit. Multa etiā oportet surda aure pertransire: ꝛ que tue pacis sunt magis recogitare. Utilius est oculos a rebus displicentibus auertere: ꝛ vnicuiqꝫ suū sentire relinquere: q̄ cōtentiosis sermonibus deseruire. Si bene steteris cū deo ꝛ eius iudiciū aspexeris: facilius te victū portabis. O dn̄e quousqꝫ venimus? Ecce damnū defletur temporale. ꝓ modico questu laborat̃ ꝛ currit̃: ꝛ spirituale detrimentū in obliuionē transit ꝛ vix sero redit̃. Quod parū vel nichil prodest attendit̃: et quod summe necessariū est negligēter preteritur: quia totus homo ad externa defluit: ꝛ nisi cito resipiscat: libens in exterioribus iacet.

¶ Quod omnibus nō est credēdū ꝛ de facili lapsu verborū. Capitulum. 50.

Da michi auxiliū dn̄e de tribulatione: quia vana salus hoīs. Q̄ sepe ibi nō inueni fidem vbi me habere putaui? Quotiēs etiā ibi reperi: vbi minus presūpsi. Uana ergo spes in hominibus: salus aūt iustorū in te deus. Benedictus sis

domine deus in oibus que nobis accidunt: infirmi sumus et instabiles: cito fallimur et permutamur. Quis est homo qui ita caute et circūspecte in omnibus se custodire valet vt aliquando in aliquā deceptionē vel perplexitatē nō veniat? Sed qui ī te domine confidit ac simplici ex corde querit: nō tā facile labitur. Et si inciderit aliq̄ tribulationē quocunq; etiā fuerit implicatus citius p te eruet aut a te consolabit: quia tu nō deseris in te sperantē vsq; in finē. Rarus fidus amicus: in cunctis amici pseuerans pressuris. Tu dn̄e tu solus es fidelissimus i omnibus et p̄ter te nō alter talis. O q̄ bene sapuit illa anima sancta que dixit: mens mea solidata est et in christo fundata. Si ita mecū foret non tam facile timor hūanus me solicitaret nec vborū iacula mouerent. Quis oīa preuidere: quis precauere futura mala sufficit? Si p̄uisa etiā ledunt sepe qd im prouisa nisi grauiter etiā feriūt. Sed quare michi misero nō melius prouidi? Cur etiā tā facile aliis credidi? Sed homines sumus nec aliud q̄ fragiles homines sumus etiā si angeli a multis estimamur et dicimur. Cui credā dn̄e: cui credam nisi tibi? Veritas es que nō fallis nec falli potes. Et rursū. Omnis homo mendax: infirmus: instabilis / et labilis: maxime in verbis: ita vt statim vix credi debeat q̄ rectū in facie sonare videt. q̄ prudenter p̄monuisti cauendū ab hoibus: et quia inimici hominis domestici eius nec credendū si qs dixerit ecce hic aut ecce illic. Doctus sū damno: et vtinā ad cautelā maiorem: nō ad insipientiā michi. Cautus esto quidā ait: cautus esto: serua apud te quod dico. Et dum

ego filleo ꝛ abſcõditũ credo: nec ille filere poteſt qđ ſilendũ petiit: ſed ſtatim ꝓdit me ꝛ ſe: ꝛ abiit. Ab huiuſmodi fabulis ꝛ incautis hoĩbus protege me dñe: ne in manus eorũ incidã nec vnꝙ̃ talia cõmittam. Verbũ verũ ꝛ ſtabile da in os meũ: ꝛ linguaꝫ callidaꝫ longe fac a me. Quod pati nolo: oĩmode cauere debeo. O ꝙ̃ bonũ ꝛ pacificũ de aliis ſilere: nec aliud indifferẽter omĩa credere: neqꝫ de facili vlterius effari: paucis ſeipm̃ reuelare te ſemꝑ ĩſpectorem cordis querere: nec omni vento verborum circũferri: ſed omĩa intima ꝛ externa ſm̃ tue beneplacitũ voluntatis optare ꝑfici. Quãtutũ ꝓ conſeruatione celeſtis gratie humanã fugere apparẽtiam: nec appetere que foris admirationẽ vidẽtur ꝑbere: ſed ea tota ſedulitate ſectari que vite emendationẽ dant ꝛ feruorem. Ꝙ̃ multis nocuit virtus ſcita ac ꝑpropere laudata: ꝙ̃ ſana ꝓfuit gratia ſilẽtio ſeruata in hac fragili vita que tota tentatio fertur ꝛ malitia.

¶ De confidentia ĩ deo habenda qñ inſurgunt verborũ iacula. Cp̃m. 51.

Fili ſta firmiter ꝛ ſpera in me. Quid enim ſunt verba niſi verba? Per aerem volant ſed lapidẽ nõ ledũt. Si reus es cogita ꝙ te libenter velis emẽdare. Si nichil tibi conſcius es: penſa ꝙ velis libenter ꝓ deo hoc ſuſtinere. Parũ ſatis eſt vt vel verba interdũ ſuſtineas q̃ necdũ fortia verbera tolerare vales. Et quare tã parua tibi ad cor tranſeũt niſi quia adhuc carnalis es: ꝛ hoĩnes magis ꝙ̃ oportet attendis? Nam quia deſpici metuis: reprehendi pro exceſſibus non vis: ꝛ excuſationũ queris vmbracula. Sed inſpice te melius

⁊ agnosces quia viuit adhuc in te mundus ⁊ vanus amor placendi hoībus. Cū enī bassari refugis ⁊ cō fundi pro defectibus: constat vtiqꝫ ꝙ nec vere humi lis sis: nec vere mundo mortuus: nec tibi mundus crucifixus. Sed audi verba mea: ⁊ nō curabis de cem milia hoīm verba. Ecce si cuncta contra te di cerent que fingi maliciosissime possēt quid tibi no ceret si oīno transire permitteres nec plusꝙ festu cam ꝑpenderes? Nunquid vel vnū capillū tibi ex trahere possent? Sed quid cor intus nō habet nec deū pre oculis: faciliter verbo mouet vituperatio nis. Qui aūt in me confidit nec ꝓprio iudicio sta re appetit: absqꝫ humano terrore erit. Ego enī sum iudex ⁊ cognitor oīm secretorū: ego scio q̄liter res acta est: ego iniuriantē noui ⁊ sustinentē. A me e rit verbū istud: me permittente hoc accidit: vt reue lentur ex multis cordibus cogitationes. Ego reū ⁊ innocentē iudicabo: sed occulto iudicio vtrūqꝫ an te ꝓbare volui. Testimoniū hoīm sepe fallit: meū iudiciū verū est: stabit ⁊ nō subuertet. latet plerūqꝫ ⁊ paucis ad singula pꝫ: nūꝙ tñ errat nec errare pōt etiā si oculis īsipiētiū nō rectū videat. Ad me ģre currēdū ē ī oī iudicio: nec ꝓprio īnitēdū arbitrio. Iustꝰ eī nō ꝯturbabit quicq̄d a deo ei acciderit. E tiam si iniuste aliquid contra eū ꝓlatū fuerit: non multū curabit. Sed nec vane exultabit si per alios rationabiliter excuset. Pensat nāqꝫ quia ego sum scrutās corda ⁊ renes qui nō iudico secundū faciē ⁊ humanā apparentiā. Nā sepe in oculis meis re peritur culpabile: quod hoīm iudicio credit lauda bile. dn̄e deus iudex/iuste/fortis/⁊ patiens qui ho

minū nosti fragilitatē ꝛ prauitatē: esto robur meū ꝛ tota fiducia mea. Non enī michi sufficit consciētia mea: tu nosti quod ego nō noui: ꝛ ideo in oī rep̄hensione me humiliare debui ꝛ māsuete sustinere. Ignosce ergo michi ꝓpicius quotiens sic nō egi: ꝛ dona iterū gratiā amplioris sufferentie. Melior ē enī michi tua copiosa misericordia ad consecutionem indulgentie: q̄ mea opinata iusticia pro defēsione latentis conscientie. Et si nichil michi conscius sum: tñ in hoc me iustificare nō possum: quia remota misericordia tua nō iustificabit in conspectu tuo omnis viuens.

¶ Quod omnia grauia pro eterna vita sunt tolleranda. Capitulum. 52.

Fili nō frangant te labores quos assumpsisti ꝓpter me: nec tribulationes te deiciant vsquequaq;: sed mea ꝓmissio in oī euentu te roboret ꝛ consolet: ego sufficiens sū ad reddēdū supra oēm modū ꝛ mensurā. Nō hic diu laborabis nec semp̄ grauaberis dolorib⁹. Expecta paulisper ꝛ videbis celerē finē malorū. Veniet vna hora qū cessabit omnis labor ꝛ tumultus. Modicū est ꝛ breue omne quod transit cū tēpore. Age ergo vt agis fideliter: labora in vinea mea: ego ero merces tua. Scribe: lege: canta: geme: tace: ora: sustine viriliter contraria: digna est his oībus ꝛ maioribus preliis vita eterna. Veniet pax in die vna que nota est dño Non enī erit dies vel nox huius scilicet temporis: sed lux perpetua: claritas infinita: pax firma ꝛ requies secura. Nō dices tūc quis me liberabit de corpore mortis huius nec clamabis: heu michi quia īco-

latus meus plongatus ē: quoniā pcipitabit mors ꝛ salus erit indefectiua: anxietas nulla: iocunditas beata: societas dulcis ꝛ decora. O si vidisses sctōꝝ in celo coronas ppetuas: quanta quoqꝫ nūc exultāt gloria qui huic mundo olim cōtemptibiles ꝛ quasi vita ipsi indigni putabant: pfecto te statim humiliares vsqꝫ ad terrā ꝛ affectares potius oībus subesse q̄ vni pesse nec huius vite letos dies cōcupisceres: sꝫ magis p deo tribulari gauderes: ꝛ p nichilo inter hoīes cōputari maximū lucrū duceres. O si tibi hec saperent ꝛ pfunde ad cor transirent: quō auderes vel semel conqueri? Nonne p vita eterna cūcta laboriosa sunt tolerāda? Nō est paruū quid lucrari aut perdere regnū dei. Leua igit faciē tuā in celo. Ecce ego ꝛ omnes sancti mei mecū qui in hoc seculo magnum habuere certamē: modo gaudent: modo consolant: ꝛ modo securi sunt: ꝛ modo requiescunt ꝛ sine fine in regno patris mei pmanebunt mecum.

De die eternitatis ꝛ hui⁹ vite āgustiis. Cpm. 53.

O Superne ciuitatis māsio beatissima. O dies eternitatis clarissima quā nox nō obscurat: sꝫ sūma veritas semp irradiat: dies semper leta: semp secura: ꝛ nunq̄ statū mutans in contraria. O vtinā dies illa illuxisset ꝛ cūcta hec tpalia finē accepissent. Lucet quidē sanctis ppetua claritate splendida: sꝫ nō nisi alonge p speculū peregrinantibus in terra. Norūt celi ciues q̄ gaudiosa sit illa: gemūt exules filii eue q̄ amara ꝛ tediosa sit ista dies huius tpis parui ꝛ mali pleni doloribus ꝛ angustiis: vbi homo multis peccatis īquinat: mul

tis passionibus irretit: multis timoribus stringit: multis curis distendit: et multis curiositatibus distrahit: multis vanitatibus implicat: multis erroribus circũfundit: multis laboribus atterit: tẽtationibus grauat: deliciis eneruat: egestate cruciat. O qñ finis hor multorũ laborũ: qñ liberabor a misera seruitute viciorũ. Quãdo memorabor dñe tui solius qñ ad plenũ letabor in te? Quando ero sine oĩ impedimento et in vera libertate sine oĩ grauamine mentis et corporis? Quando erit pax solida: pax imperturbabilis et secura: pax intus et foris: pax ab oĩ parte firma. Jesu bone qñ stabo ad videndũ te: qñ ɔtẽplabor gloriã regni tui: qñ eris michi oĩa in oĩbus. O qñ ero tecũ in regno tuo quod pparasti dilectis tuis ab eterno. Relictus sũ paup et exul in terra hostili: vbi bella q̃tidiana et infortunia maxima. Consolare exiliũ meũ: mitiga dolorẽ meũ: q2 ad te suspirat oẽ desideriũ meũ. Nã onus michi totũ est: quicquid mundus hic offert ad solatiũ. Desidero te intime frui: sed nequeo apprehendere. Opto inherere celestibus: sed deprimunt res tpales et imortificate passiones. Mẽte oĩbus rebus supesse volo: carni aũt ĩuite subesse cogor. Sic ego infelix hõ mecũ pugno et factus sũ michimetipsi grauis dũ spũs sursũ et caro q̃rit esse deorsũ. O q̃d ĩtus patior dũ mẽte celestia tractor: et mox carnaliũ turba occurrit orãti. Deus me9 ne elõgeris a me: neq3 declines ĩ ira a seruo tuo. Fulgura coruscationẽ tuam et dissipa eas: emitte sagittas tuas et conturbent oẽs fantasie ĩimici. Recollige sensus meos ad te. Fac

me obliuisci oim mundanorũ: da cito abiicere et cõtemnere fantasmata vitiorũ. Succurre michi eterna veritas vt nulla me moueat vanitas. Adueni celestis suauitas: et fugiat a facie tua omnis impuritas. Ignosce quoque michi/ et misericorditer indulge quotiens pter te aliud in oratione reuoluo. Confiteor etenĩ vere: quia valde distracte me habere cõsueui. Nam ibi multotiens nõ sũ: vbi corporaliter sto aut sedeo: sed ibi magis sũ quo cogitationibus feror. Ibi sũ vbi cogitatio mea est. Ubi est frequenter cogitatio mea: ibi est id qd amo. hoc michi cito occurrit quod naturaliter delectat aut ex vsu placet. Unde tu veritas aperte dixisti. Ubi enĩ est thesaurus tuus: ibi est et cor tuũ. Si celũ diligo: libẽter de celestibus penso. si mundũ amo: felicitatibus mũdi congaudeo: et de aduersitatibus eius tristor. Si carnẽ diligo: que carnis sunt sepissime imaginor. Si spiritũ amo: de spiritualibus cogitare delector Quecunque enĩ diligo: de his libenter loquor et audio: atque taliũ imagines ad domũ mecũ reporto. Sed beatus ille homo qui pter te dñe oĩbus creaturis abeũdi licentiã tribuit: qui nature vim facit/ et concupiscẽtias carnis feruore spiritus crucifigit: vt serenata conscientia purã tibi orationẽ offerat: dignusque sit angelicis interesse choris: omnibus terrenis foris et intus exclusis.

¶ De desiderio eterne vite et quanta sint certantibus bona promissa. Cpm. 54.

Fili mi cum tibi desideriũ eterne beatitudinis desup infũdi, sentis et de tabernaculo corporis exire concupiscis vt claritatẽ meã si-

ne vicissitudinis vmbra contemplari possis: dilata cor tuū ꝛ omni desiderio hanc sanctā inspirationē suscipe. Redde amplissimas superne bonitati gratias: que tecū sic dignanter agit: clementer visitat: ardenter excitat: potenter subleuat ne proprio pōdere ad terrena labaris. Neqꝫ eī hoc cogitatu tuo aut conatu accipis: sed sola dignitate supne gratie ꝛ diuini respectus: quatenus in virtutibus ꝛ maiori humilitate proficias ꝛ ad futura certamina te p̄pares: michiqꝫ toto cordis affectu adherere ac feruenti voluntate studeas deseruire. Fili sepe ignis ardet ſʒ sine fumo flāma nō ascendit. Sic ꝛ aliquorum desideria ad celestia flagrant ꝛ tamen a temptatione carnalis affectus liberi nō sunt. Idcirco nec omnino pure ꝓ honore dei agunt quod tam desideranter ab eo petunt. Tale est ꝛ sepe tuū desideriuꝫ quod insinuasti fore tam importunū. Non enī hoc est purū ꝛ ꝑfectū quod ꝓpria cōmoditate est infectum. Pete nō quod tibi est delectabile ꝛ comodū sed quod michi acceptabile atqꝫ honorificū. quia si recte iudicas meā ordinationē tuo desiderio ꝛ omni desiderato preferre debes ac sequi. Noui desiderium tuū ꝛ frequētes gemitus audiui. Iam velles esse in libertate glorie filiorū dei iam te delectat domus eterna ꝛ celestis patria gaudio plena: sed nondum venit hora ista: sed est adhuc aliud tēpus belli videlicet tempus laboris ꝛ probationis. optas summo repleri bono sed nō potes hoc assequi modo. Ego sum: expecta me dicit dñs donec veniat regnū dei. Probandus es adhuc in terris ꝛ in multis exercitandus. Consolatio tibi interdū dabit: sed co-

piosa satietas nõ concedit. Cõfortare igit ⁊ esto robustus tã in agendo q̃ in patiendo nature ꝯtraria. Oportet te nouũ ĩduere hoiẽ: ⁊ ĩ alterũ virũ mutari. Oportet te sepe agere qḋ nõ vis: et qḋ vis oꝫ te relinq̃re. Qḋ aliis placet ꝓcessũ hẽbit qḋ tibi placet vltra nõ ꝓficiet. Qḋ alii dicũt audiet: qḋ tu dicis ꝓ nichilo cõputabit. Petent alii ⁊ accipiẽt: tu petes nec ĩpetrabis. Erũt alii magni in ore hoim: de te aũt tacebit. Aliis hoc vel istud committet tu aũt ad nichil vtile iudicaberis. Nã ꝓpter hoc natura aliq̃n contristabit: ⁊ magnũ si silens portaueris. In his ⁊ similibus multis probari solet fidelis dñi seruus qualiter se abnegare ⁊ in oĩbus frangere quiuerit. Uix est aliq̇d tale in quo tãtũdẽ mori ĩdiges: sicut nõ videri: ⁊ pati q̃ voluntati tue aduersa sũt. maxime aũt cũ discõueniẽtia ⁊ q̃ minus vtilia tibi apparẽt fieri iubent. Et qꝛ nõ audes resistere altiori ꝑtãti sub dñio constitutus: ideo durũ tibi videt ad nutũ alterius ambulare ⁊ oẽ ꝓpriũ sẽtire obmittere. Sed pensa fili horũ fructũ laborũ: celerẽ finẽ atq; p̄miũ nimis magnũ: ⁊ nõ habebis inde grauamẽ sꝫ fortissimũ patiẽtie tue solamẽ. Nã ⁊ ꝓ modica hac volũtate quã nũc sponte deseris habebis semꝑ voluntatẽ tuã in celis. Ibi quippe inuenies oẽ quod volueris: oẽ quod desiderare potes. Ibi aderit tibi totiꝰ facultas boni sine timore amittendi. Ibi volũtas tua vna semꝑ mecũ: nil cupiet extraneũ vel priuatũ. Ibi nullꝰ resistet tibi: nemo de te conqueret: nemo impediet: nil obuiabit: sed cuncta desiderata simul erũt p̄sentia: totũq; affectum tuũ reficiẽt ⁊ adimplebunt vsq; ad summũ.

Ibi reddā gloriā ꝓ contumelia perpessa. pallium laudis ꝓ merore: ꝓ loco nouissimo sedē regni ī secula. Ibi apparebit fructus obedientie: gaudebit labor penitētie: ꝛ humilis subiectio coronabitur gloriose. Nunc ergo te inclina humiliter sub oīꝫ manibꝰ: nec sit cure quis hoc dixerit vel iusserit: sed hoc magnopere curato vt siue p̄latus siue minor aut equalis aliquid a te exposcerit vel innuerit: ꝓ bono totū accipias ꝛ sincera volūtate studeas adiplere. Querat alius hoc/alius illud: glorietur ille in illo: ꝛ iste in isto: laudeturqꝫ milies mille: tu aūt nec in isto nec ī illo: sed tuiipsius gaude ꝯtēptu: ꝛ in mei solius bn̄placito ac honore. Hoc optandū est tibi: vt siue per vitā siue ꝑ mortē deus semꝑ in te glorificetur.

Qualiter homo desolatus debeat in manus dei se offerre. Cpm. 55.

Domine deus sctē pater sis nūc ꝛ ineternuꝫ bn̄dictus: qꝛ sicut vis factū est: ꝛ qd̄ facis bonū est. Letetur ī te s̄uus tuus: nō ī se nec ī aliquo alio qꝛ tu solus leticia vera: tu spes mea ꝛ corona mea: tu gaudiū meū ꝛ honor meus dn̄e. Quid habet seruus tuus/nisi qd̄ a te accepit/etiā sine merito suo? Tua sūt oīa q̄ dedisti ꝛ q̄ fecisti. Pauꝑ sū ꝛ in laboribus meis a iuuentute mea: ꝛ cōtristatur aīa mea nōnunq̄ vsqꝫ ad lacrimas: qn̄qꝫ etiā conturbatur ad se ꝑpter iminentes passiōes. Desidero pacis gaudium/pacē filiorū tuorū flagito/qui in lumine consolationis a te pascuntur. Si das pacem: si gaudium sanctum infundis: erit anima serui tui plena modulatiōe ꝛ deuota ī laude tua. Sed si te subtraxeris sicut sepissime soles: nō poterit currere viam

mandatorũ tuorũ: sed magis ad tundendũ pectus genua incuruant: quia non est illi sicut heri ⁊ nudiustertius quando splendebat lucerna tua super caput eius: ⁊ sub vmbra alarũ tuarũ protegebat a temtationibus irruentibus. Pater iuste ⁊ semꝑ laudãde venit hora vt ꝓbetur seruus tuus. Pater amãde dignũ est vt hora hac patiat pro te aliquid seruꝰ tuus. Pater ꝑpetue venerande venit hora quã ab eterno presciebas affuturã: vt ad modicũ tempus succũbat foris seruus tuus / viuat vero semꝑ apud te intus: paululũ vilipendat: humiliet ⁊ deficiat coram hominibus: passionibus conterat ⁊ languoribus: vt iterũ tecũ in aurora noue lucis resurgat ⁊ in celestibus clarificet. Pater sancte tu sic ordinasti ⁊ sic voluisti: ⁊ hoc factũ est quod ipse p̃cepisti. Hec est enĩ gratia ad amicũ tuũ pati: ⁊ tribulari in mundo ꝓ amore tuo. quotienscunqꝫ a quocunqꝫ et quomodocunqꝫ id ꝑmiseris fieri. Sine consilio et ꝓuidentia tua: ⁊ sine causa nichil fit in terra. Bonum michi dñe ꝙ humiliasti me: vt discã iustificationes tuas: et omnes elationes cordis atqꝫ p̃sumptionis abiiciã. Utile michi ꝙ confusio cooperuit faciẽ meã vt te potius q̃ homines ad consolandũ requirã. Didici etiã ex hoc inscrutabile iudiciũ tuum expauescere qui affligis iustũ cũ impio: sed nõ sine equitate ⁊ iusticia. Gratias ago tibi quia nõ pepercisti malis meis: sed attriuisti me verberibus: amor infligens dolores: et imitens angustias foris ⁊ intus. Non est qui me consolet ex oĩbus que sub celo sũt nisi tu dñe deus meus: celestis medicus animarũ: qui ꝑcutis ⁊ sanas: deducis ad inferos ⁊ re-

ducis. Disciplina tua super me: ꝛ virga tua ip̃a me docebit. Ecce pater dilecte in manibus tuis ego sũ sub virga correctionis tue me inclino: ꝑcute dorsũ meũ ꝛ collũ meũ vt incuruẽ ad voluntatẽ tuã tortuositatẽ meã. Fac me piũ ꝛ humilẽ discipulum: sicut bene facere consueuisti: vt ambulẽ ad oẽm nutum tuum. Tibi me ꝛ omnia mea ad corrigendu3 cõmendo: melius est hic corripi q̃ ĩ futuro. Tu scis omnia ꝛ singula: ꝛ nil te latet in humana consciã Anteq̃ fiant nosti ventura: ꝛ nõ opus est tibi vt q̃s te doceat aut admoneat de his que geruntur in terra. Tu scis quid expedit ad ꝓfectũ meũ: ꝛ quantũ deseruit tribulatio ad rubiginẽ vitiorũ purgandam. Fac mecũ desideratũ beneplacitũ tuũ: ꝛ ne despicias peccaminosã vitã meã: nulli melius nec clarius q̃ tibi soli notã. Da michi dñe scire quod sciendum est: hoc amare quod amandũ est: hoc laudare quod tibi sũme placet: hoc reputare quod tibi ꝓciosũ apparet: hoc vituperare quod oculis tuis sordescit. Non me sinas ſm visionẽ oculorũ exteriorũ iudicare: neq3 ſm auditũ aurium hoĩm imperitorũ sentẽtiare: sed in iudicio vero de visibilibus ꝛ spiritualibus discernere: atq3 sup oĩa voluntatẽ beneplaciti tui semp inquirere. Falluntur sepe hoĩm sensus ĩ iudicando: falluntur ꝛ amatores seculi visibilia tantũ modo amando. Quid est homo inde melior: q2 reputatur ab homine maior? Fallax fallacẽ: vanus vanũ: cecus cecũ: infirmus infirmũ decipit dum exaltat: ꝛ veraciter magis confundit: dũ inaniter laudat. Nam quantũ vnusquisq3 est in oculis tuis: tm̃ est ꝛ nõ amplius / ait humilis sanctus Franciscus.



¶ Quod humilibus insistendū est operibus cū deficitur a summis. Cpm.56.

Fili nō vales semꝑ in ferventiori desiderio virtutū stare: nec in altiori gradu contemplationis: sꝫ necesse habes interdū ob originalē corruptelā ad inferiora descendere ⁊ onus corruptibilis vite/etiā īuite ⁊ cū tedio/portare. Quādiu mortale corpus geris: tediū senties ⁊ grauamē cordis. Oportet ergo sepe in carne de carnis onere gemere: eo ꝙ nō vales spiritualibus studiis ⁊ diuine contemplationi indesinenter inherere. Tūc expedit tibi ad humilia ⁊ exteriora opera confugere: ⁊ in bonis te actibus recreare: aduentū meū ⁊ supnam visitationē firma confidentia expectare: exilium tuū ⁊ ariditatē mentis patiēter sufferre: donec iterū a me visiteris: ⁊ ab oībus anxietatibus libereris. Nā faciā te laborū obliuisci ⁊ interna quiete pfrui. Expandā corā te prata scripturarū: vt dilatato corde currere incipias viā mandatorū meorum: ⁊ dices. Non sunt cōdigne passiōes huius tēporis ad futurā gloriā que reuelabit in nobis.

¶ Quod homo nō reputet se consolatione dignū: sed magis verberibus reum. Cpm.57.

Domine nō sū dignus consolatione tua: nec aliqua spūali visitatione: ⁊ ideo iuste mecū agis qn̄ me inopē ⁊ desolatū relinquis. Si ei ad instar maris lacrimas fūdere possē: adhuc cōsolatione tua dignus nō essē. Vn̄ nichil dignus sū: ꝗ̄ flagellari ⁊ puniri: qꝛ grauiter ⁊ sepe te offendi: ⁊ in multis valde deliqui. Ergo vera pensata rōne: nec minima sū dignus consolatione: sꝫ tu clemēs ⁊

misericors qui nō vis perire opa tua: ad ostendēdū diuitias bonitatis tue in vasa mīe tue: etiā pter oē ppriū meritū dignaris consolari seruū tuuz supra humanū modū. Tue enī cōsolationes nō sūt sicut humane cōfabulatiões. Quid egi dñe vt michi cōferres aliquā celestē consolationē? Ego nichil bonū me egisse recolo: sz semp ad vitia pnū et ad emendationē pigrū fuisse. Uerū est ꝛ negare nō possū. Si aliter dicerē: tu stares cōtra me/ ꝛ nō esset q̄ defenderet. Quid merui p peccatis meis: nisi infernū ꝛ ignē eternū? In veritate confiteor quoniā dignus sū oī ludibrio ꝛ contēptu: nec decet me inter deuotos tuos cōmorari. Et licet hoc egre audiā tñ aduersū me p veritate pctā mea arguā vt facilius miam tuā merear īpetrare. Quid dicā reus et oī cōfusione plenus? Nō habeo os loquēdi: nisi hoc tantū verbū: peccaui dñe peccaui miserere mei: ignosce michi. Sine me paululū vt plangā dolorez meū anteq̄ vadā ad terrā tenebrosā ꝛ opertā mortis caligine. Et quid tā maxime a reo ꝛ misero peccatore reqris nisi vt cōteraꝶ ꝛ hūiliet se p delictis suis. In vera cōtritione ꝛ cordis hūiliatione nascitur spes venie: reconciliaꝶ pturbata cōscientia: reparaꝶ grā pdita: tueꝶ homo a futura ira ꝛ occurrūt sibi mutuo in osculo sancto deus ꝛ penitens aīma. Humilis peccatorū contritio: acceptabile tibi est domine sacrificiū: longe suauius odorans in cōspectu tuo q̄ thuris incensū. Hoc est gratū etiā vnguētum quod sacris pedibus tuis infundi voluisti: q̄a cor contritū ꝛ humiliatū nunq̄ despexisti. Ibi est locus refugii a facie ire inimici: ibi emendatur

⁊ abluitur quicquid aliunde contractũ est: ⁊ inquinatum. ¶ De gratia que non miscetur terrena sapientibus. Cãpm. 58.

Fili preciosa est gratia mea nõ patit̃ se misceri extraneis rebus: nec consolationibus terrenis. Abiicere ergo oportet oĩa impedimenta gratie si optas eius infusionẽ suscipere. Pete secretũ tibi ama solus habitare tecũ: nullius require confabulationẽ. sed magis ad deũ deuotam effunde precẽ vt cõpunctã teneas mentẽ: ⁊ puram conscientiã. Totũ mũdũ nichil estima: dei vacationẽ oĩbus exterioribus antepone. Non enĩ poteris michi vacare: ⁊ in trãsitoriis pariter delectari. A notis ⁊ a caris amicis oportet elongari: ⁊ ab omni temporali solatio mẽtẽ tenere priuatã. Sic obsecrat beatus apostolus petrus: vt tanq̃ aduenas ⁊ peregrinos in hoc mundo se contineant christi fideles. O quanta fiducia erit morituro: quẽ nullius rei affectus detinet in mundo. Sed sic segregatũ cor habere ab oĩbus: eger necdũ capit anim⁹ nec animalis homo nouit interni hominis libertatẽ. Attamen si vere velit esse spiritualis oportet eũ renunciare tam remotis q̃ ꝓpinquis: ⁊ a nemine magis cauere q̃ a seipso. Si temetipsũ perfecte viceris cetera facilius subiugabis. Perfecta nãq̃ victoria est de semetipso triũphare. Qui enĩ semet ipsũ subiectũ tenet vt sensualitas rationi ⁊ ratio in cunctis obediat michi: hic vere victor est sui ⁊ dñs mundi. Si ad hunc apicẽ scãdere gliscis: oportet viriliter incipere ⁊ securim ad radicẽ ponere: vt euellas et destruas occultã et inordinatã inclinatio

nem ad teipsũ ꝛ ad omne priuatũ ꝛ materiale bo-
num. Ex hoc vitio ꝙ homo semetipsũ nimis inor-
dinate diligit pene totũ pendet quicquid radicali-
ter vincendũ est. Quo deuicto ꝛ subacto malo: pax
magna ꝛ tranquillitas erit continuo. Sed qꝛ pau
ci sibiipsis ꝑfecte mori laborant: nec plene extra se
tendunt: ꝓpterea in se implicati remanent: nec su
pra se in spiritu eleuari possũt. Qui aũt libere me-
cum ambulare desiderat: necesse est vt omnes pra
uas ꝛ inordinatas affectiones suas mortificet: atqꝫ
nulli creature priuato amore cõcupiscẽter īhereat.

¶ De diuersis motibus nature ꝛ grẽ. Cꝑm. 59.

Fili diligenter aduerte motus nature ꝛ gra
tie quia valde contrarie ꝛ subtiliter mouẽ-
tur: ꝛ vix nisi a spirituali ꝛ intimo illumīa
to homine discernunt. Omnes quidẽ bonũ appe-
tunt ꝛ aliquid boni in suis dictis vel factis preten
dunt: ideo sub specie boni multi fallunt. Natura
callida est ꝛ multos trahit: illaqueat ꝛ decipit: ꝛ se
semꝑ pro fine habet. Sed gratia simpliciter ambu
lat: ꝛ ab oī specie mala declinat: fallacias nõ pretẽ-
dit: ꝛ oīa pure ꝓpter deũ agit in quo ꝛ finaliter re-
quiescit. Natura inuite vult mori: nec premi/nec su
perari/nec subesse/nec sponte subiugari. Gratia ve
ro studet mortificationi ꝓprie: resistit sensualitati:
querit subiici: appetit vinci: nec ꝓpria vult liberta
te fungi: sub disciplina amat teneri: nec alicui cu-
pit dñari: sed sub deo semꝑ viuere stare ꝛ esse: atqꝫ ꝓ
pter deũ oī humane creature humiliter parata est
inclinari. Natura ꝓ suo comodo laborat ꝛ quid lu
cri ex alio sibi ꝓueniat attẽdit. Gratia aũt nõ quid

sibi vtile ꝛ comodū sit sed quod multis pficiat magis considerat. Natura libenter honorē ꝛ reuerentiam accipit. Gratia vero oēm honorē ꝛ gloriā deo fideliter attribuit. Natura cōfusionē timet ꝛ cōtēptum. Gratia aūt gaudet p noīe iesu cōtumeliā pati. Natura ociū amat ꝛ quietē corporalem. Gratia aūt vacua esse nō potest: sed libenter amplectit laborē. Natura querit curiosa habere ꝛ pulcra: ꝛ abhorret vilia ꝛ grossa. Gratia vero simplicibus delectatur ꝛ humilibus: aspera nō aspernat: nec vetustis refugit indui pannis. Natura respicit tpalia: gaudet ad lucra terrena: tristat de damno: irritat leui iniurie verbo. Sed gratia attendit eterna: nō inheret tpalibus: nec in pditione rerū turbat: neqꝫ verbis durioribus acerbat: quia thesaurū suum et gaudiū in celo vbi nil perit constituit. Natura cupida est ꝛ libentius accipit q̄ donat: amat ppria ꝛ priuata. Gratia aūt pia est ꝛ cōmunis: vitat singularia: contentat paucis beatius iudicat dare q̄ accipere. Natura inclinat ad creaturas ad carnē ppriā: ad vanitatē ꝛ discursus. Sed gratia trahit ad deū ꝛ virtutes· renunciat creaturis: fugit mundū: odit carnis desideria: restringit euagationes: erubescit in publico apparere. Natura libenter aliqđ solatiū habet externū in quo delectet ad sensum. Sed gratia in solo deo querit consolari: ꝛ in summo bono sup oīa visibilia delectari. Natura totuꝫ agit ppter lucrū ꝛ comodū pprium: nichil gratis facere pōt: sꝫ aut equale/aut melius/aut laudeꝫ vel fauorē p benefactis consequi sperat: ꝛ multū ponderari sua gesta ꝛ dona cōcupiscit. Gratia vero nil

tpale querit/nec aliud premiū q̄ deū solū ꝓ merce de postulat/nec amplius de tpalib⁹ necessariis desiderat nisi quantū hec sibi ad assecutionē eternorum valeāt deseruire. Natura gaudet de amicis multis ꝛ propinquis/gloriatur de nobili loco ꝛ ortu generis arridet potentibus/blanditur diuitib⁹ applaudit sibi similibus. Gratia aūt ꝛ inimicos diligit: nec de amicorū turba extollitur: nec locū nec ortū natalium reputat: nisi virtus maior ibi fuerit fauet magis pauperi q̄ diuiti/compatitur plus innocenti q̄ potenti/congaudet veraci non fallaci: exhortatur semper bonos meliora carismata emulari ꝛ filio dei per virtutes assimilari. Natura de defectu ꝛ molestia cito conqueritur. Gratia constanter fert inopiam. Natura omīa ad se reflectit pro se certat ꝛ arguit. Gratia aūt ad deum cuncta reducit vnde originaliter emanat: nichil boni sibi ascribit: nec arroganter presumit/non contendit: nec suam sententiam aliis prefert. sed in omni sensu ꝛ intellectu eterne sapientie: ac diuino examini se submittit. Natura appetit scire: ꝛ noua secreta audire vult exterius apparere/ꝛ multa per sensus experiri. desiderat agnosci ꝛ agere vn̄ laus ꝛ admiratio ꝓcedit. Sed gratia nō curat noua nec curiosa percipere: qꝛ totū hoc de vetustate corruptiōis ē ortū/cū nichil nouū ꝛ durabile sit sup terrā. Docet itaqꝫ sensus restringere vanā cōplacentiā ꝛ ostentationē deuitare: laudāda ꝛ digne mirāda hūiliter abscondere/ et de oī re ꝛ de omī scīa vtilitatis fructū: atqꝫ dei laudē ꝛ honorem querere. Non vult se nec sua predicari: sed deum in donis suis optat

benedici/qui cuncta ex mera caritate largit̄. Hec gratia sup̄naturale lumē/⁊ quoddā dei speciale donum est:⁊ ꝓprie electorū signaculū ⁊ pignus salutis eterne/que hoīem de terrenis ad celestia amanda sustulit ⁊ de carnali spiritualē efficit. Quanto igit̄ natura amplius p̄mit̄ et vincit̄ tanto maior gratia infundit̄/⁊ quotidie nouis visitationibus īterior homo ſm imaginē dei reformat̄.

¶ De corruptione nature ⁊ efficacia gratie diuine. Capitulum.60.

Domine deus meus qui me creasti ad imaginē ⁊ similitudinē tuā concede michi hāc gratiā quā ostendisti michi tam magnā ⁊ necessariam ad salutē:vt vincā pessimā naturā meā trahentem ad peccata ⁊ in p̄ditionē. Sentio enī in carne mea legē peccati contradicentē legi mentis mee ⁊ captiuū me ducentē ad obedienduz sensualitati in multis:nec possū resistere passionibus eius nisi assistat tua sanctissima gratia cordi meo ardenter infusa. Opus est gratia tua:⁊ magna gratia vt vincatur natura ad malū semper prona ab adolescētia sua. Nam per primū hoīem adā lapsa ⁊ viciata per peccatū in omnes hoīes pena huius macule descēdit:vt ipsa natura que bona ⁊ recta a te condita fuit:ꝓ vitio iam ⁊ infirmitate corrupte nature ponatur:eo ꝙ motus eius sibi relictus ad malū ⁊ inferiora trahat. Nam modica vis que remansit est tanꝗ̄ scintilla quedā latens in cinere. Hec est ipsa ratio naturalis circūfusa magna caligine adhuc iudiciū habens boni ⁊ mali:veri falsiqꝫ distantiā: licet impotens sit adimplere omne quod approbat:nec

pleno iam lumine veritatis: nec sanitate affectio=
num suarũ potiat. Hinc est deus meus: q condele=
ctor legi tue ꝯm interiorẽ hoiem sciens mandatuz
tuũ fore bonũ iustũ ⁊ sanctũ: arguens etiã omẽ ma
lũ ⁊ peccatũ fugiendũ: carne aũt seruio legi pecca=
ti dũ magis sensualitati obedio q̃ rationi. Hinc est
q velle bonũ michi adiacet: ꝑficere aũt nõ inuenio
Hinc sepe multa bona ꝓpono: sed quia gratia de=
est ad adiuuandũ infirmitatẽ meã ex leui resistẽtia
resilio ⁊ deficio. Hinc accidit q viã ꝑfectiõis agno
sco ⁊ qualiter agere debeã clare satis video sed pro
prie corruptionis pondere pressus ad ꝑfectiora nõ
assurgo. O q̃ maxime est michi necessaria dñe gra
tia tua: ad inchoandũ bonũ: ad ꝓficiendũ: ⁊ ad ꝑfi
ciendũ. Nam sine ea nichil possũ facere: omia aũt
possum in te: confortante me gratia. O vere cele=
stis gratia/sine qua nulla sunt ꝓpria merita: nulla
quoq dona nature ponderanda. Nichil artes: ni=
chil diuitie: nichil pulcritudo: vel fortitudo nichil
ingeniũ vel eloquentia valent apud te dñe sine gra
tia. Nam dona nature bonis ⁊ malis sunt cõia. ele
ctorũ aũt ꝓpriũ donũ est gratia siue dilectio qua i
signiti digni habent vita eterna. Tantũ eminet
hec gratia: vt nec donũ ꝓphetie: nec signorũ ope=
ratio: nec quantalibet alta speculatio aliquid esti=
metur sine ea. Sed neq fides: neq spes: neq alie
virtutes tibi accepte sunt sine caritate ⁊ gratia.
O beatissima gratia que pauperẽ spiritu virtuti=
bus diuitẽ facis ⁊ diuitẽ multis bonis humilẽ cor
de reddis. Veni descẽde ad me: reple me mane cõ=
solatione tua: ne deficiat pre lassitudine ⁊ aridita=

te mentis anima mea. Obsecro dñe vt iueniã gratiam in oculis tuis: sufficit enĩ michi gratia tua ceteris nõ obtẽtis que desiderat natura. Si fuero tẽtatus ⁊ vexatus tribulatiõibus multis nõ timebo mala dũ mecum fuerit gratia tua. Ipsa fortitudo mea ipsa consiliũ confert ⁊ auxiliũ. Cunctis hostibus potentior est: ⁊ sapientior vniuersis sapientibus. Magistra est veritatis: doctrix discipline: lumen cordis: solamẽ pressure: fugatrix tristicie: ablatrix timoris: nutrix deuotionis: productrix lacrimarũ. Quid sũ sine ea nisi aridũ lignũ ⁊ stips inutilis ad eiiciendũ? Tua ergo me dñe gratia semꝑ ꝓueniat ⁊ sequat: ac bonis opibus iugiter prestet esse intentũ ꝑ iesũ christũ filiũ tuũ. Amen.

¶ Quod nosipsos abnegare: ⁊ christũ imitari debemus ꝑ crucem. Cpm. 61.

Fili quantũ a te vales: tantũ in me poteris transire. Sicut nichil foris concupiscere internã pacẽ facit: sic se interius relinquere deo coniungit. Volo te adiscere ꝑfectã abnegationem tui in voluntate mea sine contradictione ⁊ q̃rela. Sequere me ego sũ via: veritas ⁊ vita. Sine via nõ itur: sine veritate nõ cognoscit: sine vita nõ viuit. Ego sũ via quã sequi debes: veritas cui credere debes: vita quã sperare debes. Ego sũ via inuiolabilis: veritas infallibilis: vita interminabilis. Ego sũ via rectissima: veritas suprema: vita vera: vita beata: vita increata. Si manseris in via mea cognosces veritatẽ: ⁊ veritas liberabit te ⁊ apprehendes vitam eternam. Si vis ad vitam ingredi: serua mandata. Si vis veritatẽ cognoscere cre

de michi. Si vis ꝑfectus esse: vende omnia. Si vis esse discipulus meus: abnega temetipsū. Si vis beatam vitā possidere: presentē vitā contēne. Si vis exaltari in celo: humilia te in mūdo. Si vis regnare mecū: porta crucē mecū. Soli enī serui crucis inueniunt viā beatitudinis ⁊ vere lucis. Dn̄e iesu christe: quia arta est via tua ⁊ mundo despecta dona michi tecū mundi despectū imitari. Non eniꝫ maior est seruus domino: nec discipulus supra magistrū. Exerceat̄ seruus tuus in vita tua: quia ibi ē salus mea: ⁊ sanctitas vera. Quicquid extra eā lego vel audio nō me recreat: nec delectat plene. Fili quia hec scis ⁊ legisti omnia: beatus eris si feceris ea. Qui habet mandata mea ⁊ seruat ea: ipse ē qui diligit me: ⁊ ego diligā eū: ⁊ manifestabo ei me ipsū: ⁊ faciā eū cōsedere mecū in regno patris mei. Domine igitur sicut dixisti ⁊ ꝓmisisti: sic vtiqꝫ michi promereri cōtingat. Suscepi de manu tua crucē: portabo eā vsqꝫ ad mortē sicut imposuisti michi Uere vita boni monachi crux est: sed dux paradisi: inceptū est: retro abire nō licet nec relinquere oportet. Eya frater pergamus simul. iesus erit nobiscum: propter iesum suscepimus hanc crucē: ꝓpter iesum perseueremus in cruce. Erit adiutor noster qui est dux noster ⁊ precessor. En rex noster ingreditur ante nos: qui pugnabit ꝓ nobis. Sequamur viriliter nemo metuat terrores: simus parati mori fortiter in bello: nec inferamus crimē glorie nostre vt fugiamus a cruce.

¶ Quod homo nō sit nimis deiectus quando in aliquos labitur defectus. Cp̄m. 62.

Fili magis placent michi patientia ꝛ humilitas in aduersis q̄ multa consolatio ꝛ deuotio in ꝓsperis. At quid te contristat paruum factū contra te dictū? Si amplius fuisset cōmoueri nō debuisses: sed nunc dimitte transire: nō est primū nec nouū: nec vltimū erit si diu vixeris. Satis virilis es q̄diu nil obuiat aduersi. bene etiā consulis: ꝛ alios nosti roborare verbis. sed cū ad ianuam tuā venit repentina tribulatio deficis consilio ꝛ robore. Attende magnā fragilitatē tuā quā sepius experiris in modicis obiectis. Tamen ꝓ salute tua ista fiunt. Cū hec ꝛ similia contingunt. Pone vt melius nosti ex corde: ꝛ si te tetigit nō tn̄ deiiciat nec diu implicet. Ad minus sustine patienter: si nō potes gaudenter. Etiā si minus libēter audis ꝛ indignationē sentis. Reprime te: nec patiaris aliquid inordinatum ex ore tuo exire vnde paruuli scandalizenꝫ. Cito conquiescet cōmotio excitata: ꝛ dolor internus reuertente gratia dulcorabiꝫ. Adhuc viuo ego dicit dn̄s iuuare te parat⁹ ꝛ solito amplius consolari: si confisus fueris michi ꝛ deuote inuocaueris. Animi equior esto ꝛ ad maiorē sustinētiam accingere. Non est totū frustratū: si te sepius percipis tribulatum vel grauiter tentatū. Homo es ꝛ nō deus: caro es ꝛ nō angelus. Quomodo tu posses semꝑ in eodē statu virtutis ꝑmanere: quando hoc defuit angelo in celo. ꝛ primo hoī in paradiso: qui nō diu steterunt. Ego sum qui merentes erigo sospitate: ꝛ suā cognoscentes infirmitatē ad meā ꝓuebo diuinitatē. Domine benedictū sit verbum tuū. dulce suꝑ mel ꝛ fauū ori meo. Quid face

rem in tantis tribulationibus ⁊ angustiis meis ni si me confortares tuis sanctis sermonibus? Dummodo tandē ad portū salutis pueniā: quid cure est que ⁊ quanta passus fuero? Da finē bonū da felicē ex hoc mundo transitū. Memento mei deus meus ⁊ dirige me recto itinere in regnū tuū. Amen.

¶ De altioribus rebus ⁊ occultis iudiciis dei non scrutandis. Capitulum. 63.

Fili caueas disputare de altis materiis ⁊ de occultis dei iudiciis. Cur iste sic relinquit ⁊ ille ad tantā gratiā assumit: cur etiā iste tantū affligit ⁊ ille tam eximie exaltat. Ista omnē humanā facultatē excedunt: nec ad inuestigandū iudiciū diuinū vlla ratio preualet vel disputatio. Quando ergo hec tibi suggerit inimicus: vel etiā quidā curiosi inquirunt homines: responde illud pphete. Justus es dñe ⁊ rectū iudiciū tuū. Et illud Judicia domini vera iustificata ī semetipsa. Judicia mea metuenda sunt nō discutienda: quia humano intellectui sunt incōprehensibilia. Noli etiā inquirere vel disputare de meritis sanctorū quis alio sanctior aut quis maior fuerit in regno celorum. Talia generant sepe lites ⁊ contentiones inutiles nutriunt quoqȝ superbiā ⁊ vanā gloriā: vnde oriuntur inuidie ⁊ dissensiones: dū iste illū sanctū ⁊ ali⁹ aliū conat superbe pferre. Talia aūt velle scire et inuestigare: nullū fructū afferunt: sed magis sanctis displicent: quia nō sum deus dissensionis: sed pacis: que pax magis in humilitate vera q̄ᵐ in propria exaltatione consistit. Quidā zelo dilectionis trahunt ad hos vel ad illos ampliori affectu: sȝ hu-

mano potius q̄ diuino. Ego sum qui cunctos condidi sanctos: ego donaui gratiā/ego prestiti gloriam/ego noui singulorū merita: ego preueni eos in benedictionibus dulcedinis mee: ego presciui dilectos ante secula: ego eos elegi de mūdo nō ipsi me p̄elegerunt: ego vocaui p gratiā/ attraxi p misericordiā: ego pduxi eos p tentationes varias: ego infudi consolationes magnificas: ego dedi pseuerantiā: ego coronaui eorꝫ patientiā: ego primū ⁊ nouissimū agnosco: ego oēs inestimabili dilectione amplector: ego laudandus sū in oībus sanctis meis: ego sup oīa benedicendus sū ⁊ honorandus in singulis quos sic gloriose magnificaui ⁊ p̄destinaui sine vllis precedentibus ꝓpriis meritis. Qui ergo vnū de minimis meis contempserit nec magnum honorat: quia pusillū ⁊ magnū ego feci. Et qui derogat alicui sanctorū: derogat michi ⁊ ceteris omnibus in regno celorū. Omnes vnū sunt p caritatis vinculū: idē sentiunt: idē volunt/ ⁊ oēs inunum se diligunt. Adhuc aūt quod multo altius est: plus me q̄ se ⁊ sua merita diligunt. Nam supra se rapti ⁊ extra ꝓpriā dilectionē tracti/ toti in amorem mei pergunt: in quo ⁊ fruitiue quiescunt. Nichil ē quod eos auertere possit aut deprimere: quippe q̄ eterna veritate pleni igne ardescunt inextinguibilis caritatis. Taceant igitur carnales ⁊ animales homīes de sanctorum statu disserere: qui nō norūt nisi priuata gaudia diligere. Demunt ⁊ addunt p sua inclinatione: nō prout placet eterne veritati. In multis est ignorantia eorum maxime qui parū illuminati raro aliquē perfecta dilectione spūali

diligere norūt. Multi adhuc naturali affectu ꝛ humana amicicia ad hos vel ad illos trahunꝑ: ꝛ sicut in inferioribus se habent: ita ꝛ de celestibus imaginanꝑ. Sed est distantia incomparabilis que imperfecti cogitant ꝛ que illuminati viri ꝑ reuelationez supnā speculanꝑ. Caue ergo fili de istis curiose tractare que tuā scientiā excedunt: sed hoc magis satage ꝛ intende vt vel minimus in regno dei queas inueniri. Et si quispiaz sciret quis alio sanctior eēt vel maior habereꝑ in regno celorū quid ei hec noticia prodesset nisi se ex hac cognitione corā me humiliaret: ꝛ in maiorē noīs mei laudē exurgeret? Multo acceptius deo facit: qui de peccatorū suorū magnitudine ꝛ virtutū suarū paruitate cogitat: et ꝗ longe a sanctorū ꝑfectione distat: ꝙ is qui de eorum maioritate vel paruitate disputat. Melius est sanctos deuotis ꝓcibus ꝛ lacrimis exorare ꝛ eoruz gloriosa suffragia humili mente implorare: ꝙ eorū secreta vana inquisitione ꝑscrutari. Illi bene ꝛ optime contentanꝑ: si homines scirent contentari ꝛ vaniloquia sua compescere. Non glorianꝑ de propriis meritis quippe qui sibi nil bonitatis ascribunt: sed totum michi quoniam ipsis cuncta ex infinita caritate mea donaui. Tanto amore diuinitatis ꝛ gaudio supereffluenti replentur vt nichil eis desit glorie: nichilqꝫ possit deesse felicitatis. Omēs sancti quanto altiores in gloria: tanto humiliores in seipsis ꝛ michi viciniores ꝛ dilectiores existunt. Ideoqꝫ habes scriptū qꝛ mittebant coronas suas ante deū ꝛ ceciderūt in facies suas corā agno ꝛ adorauerunt viuentem in secula seculorū. Multi qui-

dem querunt quis maior sit in regno dei: qui igno
rant an cū minimis erunt digni cōputari. Magnū
est vel minimū esse in celo vbi omnes magni sunt
quia oēs filii dei vocabunt᷑ et erunt. Minimus erit
in mille: et peccator centū annorū morie᷑. Cū enim
quererent discipuli quis maior esset in regno celo-
rum: tale audierunt responsū. Nisi cōuersi fueritis
et efficiamini sicut paruuli nō intrabitis in regnū
celorū. Quicunqȝ ergo humiliauerit se sicut par-
uulus iste: hic maior est in regno celorū. Ve eis qui
cū paruulis humiliare se sponte dedignant᷑: quoni
am humilis ianua regni celestis eos nō admittet i-
trare. Ve etiā diuitibus qui habent hic consolatio
nes suas: quia pauperibus intrantibus in regnū
dei ipsi stabunt foras eiulātes. Gaudete humiles et
exultate pauperes: quia vestrū est regnum dei: si ta
men in veritate ambulatis.

¶ Quod omnis spes et fiducia in solo deo est figen
da. Capitulum. 64.

Domine que est fiducia mea quā in hac vita
habeo aut quod maius solatiū meū ex om-
nibus apparentibus sub celo? Nonne tu do
mine de⁹ meus cui⁹ misericordie nō est numerus?
Ubi michi bene fuit sine te: aut quādo male esse po
tuit presente te? Malo pauper esse ꝓpter te ꝙ diues
sine te. Eligo potius tecū in terra peregrinari ꝙ si
ne te celū possidere. Ubi tu ibi celū: atqȝ ibi mors et
infernus vbi tu nō es. Tu michi in desiderio es: et
ideo post te gemere et clamare et exorare necesse est.
In nullo deniqȝ possū plene confidere qui in neces
sitatibus auxilie᷑ oportunis: nisi ī te solo deo meo.

Tu es spes mea ⁊ fiducia mea: tu consolator meus ⁊ fidelissimus in oībus. Omnes q̄ sua sunt querūt tu salutē meā / ⁊ ꝓfectū meū solūmodo p̄tendis: et oīa in bonū michi conuertis: etiā si variis tentatio bus ⁊ aduersitatibus exponas. Hoc totū ad vtilita tem meā ordinas: qui mille modis dilectos tuos ꝓ bare consueuisti. In qua ꝓbatione nō minus dili gi debes ⁊ laudari: q̄ꝫ si celestibus consolationibꝰ me repleres. In te ergo dn̄e deus pono totā spē me am ⁊ refugiū: in te oēm tribulationē ⁊ angustiam meā constituo: quia totū infirmū ⁊ instabile inue nio quicquid extra te conspicio. Non enī proderūt multi amici: neqꝫ fortes auxiliarii adiuuare pote runt: neqꝫ prudentes consiliarii responsū vtile da re: neqꝫ liber doctorū consolari: nec aliqua precio sa substantia liberare: nec locus aliquis secretus cō tutari si tu ipse nō assistas: iuues: confortes / conso leris: instruas: ⁊ custodias. Oīa nanqꝫ que ad pa cem vident̄ esse ⁊ felicitatē habendā: te absente ni chil sunt: nichilqꝫ felicitatis in veritate conferunt. Finis ergo oīm bonorū ⁊ altitudo vite ⁊ ꝓfundi tas oīm eloquiorū tu es: ⁊ in te sup oīa sperare for tissimū solatiū seruorū tuorū. Ad te sunt oculi mei in te confido deus meus misericordiarū pater. Be nedic ⁊ sanctifica aīam meā benedictione celesti vt fiat habitatio sancta tua ⁊ sedes eterne glorie tue ni chilqꝫ in templo tue dignitatis inueniat̄ quod ocu los tue maiestatis offendat. Secundū magnitudi nem bonitatis tue ⁊ multitudinē miserationū tua rum respice in me ⁊ exaudi orationē pauperis fui tui longe exultātis in regione vmbre mortis. Pro

tege ꝛ conserua aīam seruuli tui inter tot discrimina vite corruptibilis: ac cōicante gratia tua dirige per viam pacis ad patriā perpetue claritatis.

¶ Explicit liber tercius. Incipit liber quartus.

¶ Deuota exhortatio ad sacrā corporis christi cōmunionem.

Vox christi.

Venite ad me oēs qui laboratis ꝛ onerati estis ꝛ ego reficiā vos dicit dn̄s. Panis quē ego dabo: caro mea est ꝓ mundi vita. Accipite ꝛ comedite hoc ē corpus meum: quod ꝓ vobis tradet. Hoc facite in meā cōmemorationē. Qui manducat carnē meā ꝛ bibit meum sanguinē in me manet ꝛ ego in illo. Verba que ego locutus sū vobis spiritus ꝛ vita sunt.

¶ Cum quanta reuerentia christus sit suscipiendus. Capitulum. i.

Hec sunt verba tua christe veritas eterna: quāuis nō vno tpe ꝓlata nec vno in loco conscripta. Quia ergo tua sunt verba gratanter michi ꝛ fideliter cuncta sunt accipienda. Tua sunt ꝛ tu ea ꝓtulisti: ꝛ mea quoqꝫ sunt quia ꝓ salute mea edidisti. Libenter suscipio ea ex ore tuo: vt artius inserant cordi meo. Excitant me verba tante pietatis plena dulcedinis ꝛ dilectionis: sꝫ terrēt me delicta ꝓpria: ꝛ ad capienda tāta mysteria me reuerberat impura cōsciā. Prouocat me dulcedo verborū tuorū sꝫ onerat me multitudo vitiorū meorū. Jubes vt fiducialiter ad te accedā si tecū velim habere partē: vt īmortalitatis accipiā alimo-

niā si eternā cupiā obtinere vitā ⁊ gloriā. Venite (inquit) ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati estis: et ego reficiā vos. O dulce ⁊ amicabile verbū in aure peccatoris: q̄ tu dn̄e deus meus egenū ⁊ pauperez inuitas ad cōmunionem tui sanctissimi corporis. Sed quis ego sum dn̄e vt ad te presumā accedere? Ecce celi celorū te nō capiunt ⁊ tu dicis: venite ad me oēs. Quid sibi vult ista piissima dignatio ⁊ tā amicabilis inuitatio? Quomodo ausus ero venire qui nichil boni micht conscius sum? Unde possum presumere. Quō te introducā in domū meā: qui sepius offendi benignissimā faciē tuā. Reuerētur angeli ⁊ archangeli: metuunt sancti ⁊ iusti: ⁊ tu dicis venite ad me omnes. Nisi tu dn̄e hoc diceres quis verū esse crederet: ⁊ nisi tu iuberes: quis accedere attentaret? Ecce noe vir iustus in arche fabrica centū annis laborauit vt cū paucis saluaret̄: ⁊ ego quō me potero vna hora preparare vt mundi fabricatorē cū reuerentia sumā? Moyses famulus tuus magnus ⁊ specialis amicus tuus archā ex lignis imputribilibus fecit quā ⁊ mundissimo vestiuit auro vt tabulas legis in ea reponeret: ⁊ ego putrida creatura audebo te conditorē legis ac vite datorē tā facile suscipe. Salomon sapientissimus regū israel magnificū templū septē annis in laudem nois tui edificauit: ⁊ octo diebus festū dedicatiōis ei⁹ celebrauit: mille hostias pacificas obtulit: ⁊ archā federis clāgore buccine ⁊ iubilo ī locū sibi p̄paratū solēnit̄ collocauit: ⁊ e° īfelix ⁊ pauꝑrim⁹ hoīz quō te ī domū meā ītroducā q̄ vix mediā expādere duote noui horā: ⁊ vtinā vel semel digne fere mediā

O mi deus quantũ illi ad placendũ tibi agere stu-
duerunt. Heu ꝙ pusillum est quod ago: ꝙ breue ex-
pleo tempus cũ me ad cõicandũ dispono: raro tot⁹
collectus: rarissime ab omĩ distractione purgatus.
Et certe in tua salutari deitatis presentia nulla de
beret occurrere indecens cogitatio: nulla etiã occu
pare creatura: quia nõ angelũ sed angelorum dñm
suscepturus sũ hospitio. Est tñ valde magna distã
tia inter archam federis cũ suis reliquiis: ⁊ mun-
dissimũ corpus tuũ cũ suis ineffabilibus virtutib⁹
inter legalia illa sacrificia futurorũ ꝑfiguratiua: et
verã tui corporis hostiã oĩm antiquorũ sacrificioꝝ
completiuã. Quare igit nõ magis ad tuã venera-
bilem inardesco ꝑsentiã: cur nõ maiori me prepa-
ro solicitudine ad tua sancta sumenda: qñ illi anti
qui sancti patriarche ⁊ ꝓphete reges quoqꝫ ⁊ prin
cipes cũ vniuerso populo tantũ deuotionis demõ-
strarunt affectũ erga cultũ diuinũ. Saltauit deuo-
tissimus rex dauid corã archa dei totis viribus: re-
colens beneficia olim indulta patribus: fecit diuer
si generis organa psalmos edidit ⁊ cantari institu
it: cũ leticia cecinit: ⁊ ipse frequẽter in cithara spi-
ritus sancti afflatus gratia docuit populum israel
toto corde deũ laudare ⁊ ore consono diebus singu
lis benedicere ⁊ ꝓdicare. Si tanta agebat tũc de-
uotio ac diuine laudis extitit recordatio coram ar
cha testamenti: ꝙta nunc michi ⁊ oĩ populo christi
ano habenda est reuerentia ⁊ deuotio in ꝑsentia sa
cramenti: in sũptione excellentissimi corporis chri
sti? Currunt multi ad diuersa loca ꝓ visitandis re
liquiis sanctorũ ⁊ mirant auditis gestis eorũ: am-

pla edificia templorũ inspiciunt: ⁊ osculant̃ sericis ⁊ auro inuoluta sacra ossa ipsorũ. Et ecce tu presẽs es hic apud me ĩ altari deus meus sanctus sãctorũ creator oĩm ⁊ dñs angelorũ. Sepe ĩ talibus videndis est curiositas hoĩm ⁊ nouitas inuisorũ ⁊ modicus reportat̃ emendationis fructus: maxime vbi ẽ tam leuis sine vera contritione discursus. Hic aũt in sacramento altaris totus p̃sens es deus me⁊ homo christus iesus: vbi ⁊ copiosus pcipit̃ eterne salutis fructus quotiẽscunq₃ fueris digne ac deuote susceptus. Ad istud vero nõ trahit leuitas aliqua nec curiositas aut sensualitas: sed firma fides/ deuota spes/ ⁊ sincera caritas. O inuisibilis conditor mũdi deus q̃ mirabiliter agis nobiscum q̃ suauiter ⁊ gratiose cũ electis tuis disponis: quibus temetip̃z in sacramento sumendũ ꝓponis. Hoc nãq₃ oẽm intellectũ superat: hoc specialiter deuotorũ corda trahit ⁊ accendit affectũ. Ipsi enĩ veri fideles tui qui totã vitã suã ad emendationẽ disponunt: ex hoc dignissimo sacramento magnã deuotionis gratiã et virtutis amorẽ frequenter recipiũt. O ammirabilis ⁊ abscondita gratia sacramenti quã norunt tm̃ christi fideles: infideles aũt ⁊ peccatis seruientes experiri nõ possunt. In hoc sacramento confert̃ spiritualis gratia ⁊ reparat̃ in aĩa virtus amissa: ⁊ p peccatũ deformata redit pulcritudo. Tanta ẽ aliquando hec gratia: vt ex plenitudine collate deuotionis nõ tantũ mens: sed ⁊ debile corpus vires sibi p̃stitas sentiat ampliores. Dolẽdũ tñ valde ⁊ miserandũ sup tepiditate ⁊ negligentia nostra: q̃ nõ maiori affectu trahimur ad christũ sumendũ: ĩ quo

tota spes saluandorũ cõsistit et meritũ. Ipse eni ꝫ sãctificatio nostra et redemptio: ipse cõsolatio via atorũ et sanctorũ eterna fruitio. Dolẽdũ itaqꝫ valde: ꝙ multi tã paꝝ hoc salutare mysteriũ aduertũt qđ celũ letificat et mũdũ conseruat vniuersũ. Heu cecitas et duritia cordis hũani: tã ineffabile donuꝫ nõ magis attendere et ex quotidiano vsu etiã adĩ aduertentiã defluere. Si enĩ hoc sanctissimũ sacramentũ in vno tm̃ celebrareꝛ loco: et ab vno tantuꝫ cõsecrareꝛ sacerdote in mundo quanto putas desiderio ad illũ locũ et talẽ dei sacerdotẽ hoĩes afficerenꝛ: vt diuina mysteria celebrare audirent? Nũc aũt multi facti sũt sacerdotes et in multis locis offerꝛ christus: vt tanto maior appareat gr̃a et dilectio dei ad hoĩem quãto latius est sacra cõio diffusa p orbẽ. Grãs tibi bone iesu pastor eterne: ꝗ nos pauperes et exules dignatꝰ es ꝑcioso corpe et sanguĩe tuo reficere: et ad hec mysteria ꝑcipienda etiã proprii oris tui alloquio inuitare dicẽdo. Venite ad me oẽs ꝗ laboratis et onerati estis: et ego reficiã vos.

¶ Quod magna bonitas et caritas dei in sacramento exhibeꝛ homini. Cpm. ii.

D E per bonitate tua ꝛ magna mĩa tua domine cõfisus accedo eger ad saluatorẽ: esuriẽs et sitiens ad fontẽ vite: egenus ad regẽ celi: seruus ad dñm: creatura ad creatorẽ: desolatꝰ ad meũ piũ cõsolatorẽ. Sed vñ michi hoc vt venias ad me? Quis ego sũ vt ꝑstes michi teipm̃? Quõ audet peccator corã te apparere? Et quõ tu dignaris ad pctõrẽ venire? Tu nosti seruũ tuũ et scis ꝗꝛ nil boni ĩ se habet: vñ hoc illi ꝑstes. Confiteor igiꝛ vilitatẽ meã

agnosco bonitatē tuā: laudo pietatē: et grās ago ꝓpter nimiā caritatē. Propter temetipm ei hoc facis: non propter mea merita: vt bonitas tua michi magis inotescat: caritas āplioꝛ īgeraꝶ: et hūilitas pfectius cōmendeꝶ. Quia ꝗ tibi hͦ placet et sic fieri iussisti: placet et michi dignatio tua: et vtinā iniqtas mea nō obsista.. O dulcissime et benignissīe iesu: q̄nta tibi reuerētia et grarū actio cuꝫ ppetua laude ꝓ susceptione sacri coꝛpis tui debeꝶ: cuiꝰ dignitatē nullꝰ hoim explicare potēs inueniꝶ. Sed qd cogitabo ī hac cōione: ī accessu ad dñꝫ meū quē debite venerari nequeo/ ⁊ tñ deuote suscipe desidero? Quid cogitabo meliꝰ ⁊ salubriꝰ nisi meipꝫ totaliter hūiliādo coꝛā te: ⁊ tuā infinitā bonitatē exaltādo supꝛa me. Laudo te deꝰ meꝰ ⁊ exalto ineternū. Despicio me ⁊ subiicio tibi ī ꝓfundū vilitatis mee. Ecce tu sanctus sctōꝝ ⁊ ego sordes pctōꝛū: et tu inclinas ad me: qui nō sū dignus ad te respicere Ecce tu venis ad me: tu vis esse mecū: tu iuitas ad cōuiuiū tuū: tu michi dare vis celestē cibū: ⁊ panē angeloꝝ ad mādu cādū: nō aliū sane q̄ teipsū panē viuū: qui de celo descendisti ⁊ das vitā mūdo. Ecce vnde dilectio ꝓcedit q̄lis dignatio illucescit: q̄ magne gratiarū actiones ⁊ laudes tibi ꝓ his debētur. O q̄ salutare ⁊ vtile consiliū tuū cū istud instituisti. q̄ suaue ⁊ iocundū conuiuiū cū teipsum in cibum donasti. O q̄ admirabilis operatio tua dñe: q̄ potens virtus tua: q̄ ineffabilis veritas tua. Dixisti eni ⁊ facta sūt oīa ⁊ hoc factū est qđ ipse iussisti Mira res ⁊ fide digna ac humanū vincens intellectū: q̄ tu dñe deꝰ meꝰ verꝰ deus ⁊ hō sub modica

specie panis ⁊ vini integer contineris ⁊ sine consū
ptione a sumente manducaris. Tu dñe vniuersoꝝ
qui nullius habes indigentiā voluisti p sacramen=
tū tuū habitare in nobis: conserua cor meū ⁊ cor=
pus meū immaculatū vt leta ⁊ pura conscientia se
pius valeā tua celebrare mysteria: ⁊ ad meā ppetu
am accipere salutē: q̄ ad tuū p̄cipue honorē ⁊ me=
moriale perenne sanxisti ⁊ instituisti. Letare anima
mea ⁊ gratias age deo ꝓ tā nobili munere ⁊ solatō
singulari in hac lacrimarū valle tibi relicto. Nam
quotiens hoc mysteriū recolis ⁊ christi corpus acci
pis: totiens tue redemptionis opus agis: ⁊ parti=
ceps oīm meritoꝝ christi efficeris. Caritas eteni
christi nunq̄ minuit: ⁊ magnitudo ꝓpiciatiōis ei⁹
nunq̄ exhaurit. Ideo noua semp mētis renouatio
ne ad hoc disponere te debes: ⁊ magnū salutis my
steriū attenta consideratione pensare. Ita magnū
nouū ⁊ iocundū tibi videri debet cū celebras: aut
missā audis: ac si eodē die christus primū in vterū
virginis descendens homo factus esset: aut in cru=
ce ꝓ salute hoīm pateret ⁊ moreretur.

¶ Quod vtile sit sepe cōicare. Cpm. 3.

Ecce ego venio ad te dñe vt bene michi sit ex
munere tuo ⁊ letificer in cōuiuio sancto tuo
quod parasti in dulcedine tua pauperi de⁹.
Ecce in te est totū quod desiderare possum ⁊ debeo
tu salus mea ⁊ redemptio: spes ⁊ fortitudo: decus ⁊
gloria. Letifica ergo hodie aīam serui tui: quoniā
ad te dñe iesu aīam meā leuaui. Desidero te nūc de
uote ac reuerenter suscipere cupio te in domū me=
am introducere quatenus cum zacheo merear a te

benedici ac inter filios abrahe cōputari. Aīa mea corpus tuū concupiscit: cor meū tecū vniri desiderat. Trahe te michi ⁊ sufficit. Nam p̄ter te nulla cōsolatio valet: sine te esse nequeo: et sine visitatione tua viuere nō valeo. Ideoq; oportet me frequēter ad te accedere ⁊ ī remediū salutis mee recipere: ne forte deficiā in via si fuero celesti fraudat⁹ alimonia. Sic enī tu misericordissime iesu p̄dicans populis ⁊ varios curans languores aliquando dixisti. Nolo eos ieiunos dimittere in domū suā ne deficiant in via. Age igit̄ hoc modo mecū qui te p̄ fidelium consolatione in sacramento reliquisti. Tu es enī suauis refectio anime ⁊ qui te digne manducauerit particeps ⁊ heres erit eterne glorie. Necessarium quidē michi est qui tā sepe laboro ⁊ pecco tā cito torpesco ⁊ deficio: vt per frequentes oratiōes ⁊ confessiones ⁊ sacrā tui corporis p̄ceptionez me renouē mundē: ⁊ accendā: ne forte diutius abstinēdo a sancto p̄posito defluā. Proni enī sunt sensus hominis ad malū ab adolescentia sua: ⁊ nisi succurrat diuina medicina: labit̄ homo mox ad peiora. Retrahit ergo sancta cōmunio a malo ⁊ confortat in bono. Si enī modo tā sepe negligens sū et tepidus qn̄ cōico aut celebro: quid fieret si medelā non sumerē ⁊ tā grande iuuamē nō quererē? Et licet oī die nō sim aptus nec ad celebrandū bene disposit⁹: dabo tn̄ operā congruis tp̄ibus diuina p̄cipere mysteria ac tante gratie participē me exhibere. Nam hec est vna principalis fidelis aīe consolatio q̄diu peregrinat̄ a te in mortali corpore: vt sit sepius memor dei sui: dilectū suū deuota suscipiat mente.

O mira circa nos tue pietatis dignatio q̄ tu domi
ne deus creator ⁊ viuificator oīm spirituū ad pau-
perculā dignaris venire aīaz: ⁊ cū tota deitate tua
ac humanitate eius impinguare esuriem. O felix
mens ⁊ beata anima que te dn̄m deū suū meret̄ de
uote suscipere ⁊ in tua susceptiōe spirituali gaudio
repleri. O q̄ magnū suscipit dn̄m: q̄ dilectū indu-
cit hospitē: q̄ iocundū recipit sociū. q̄ fidelē acce-
ptat amicū: q̄ speciosū ⁊ nobilē amplectit̄ sponsū
pre oībus dilectis ⁊ sup̱ oīa desiderabilia amandū
Sileant a facie tua dulcissime dilecte meus celū ⁊
terra ⁊ oīs ornatus eorū: quoniaz quicquid laudis
habent ac decoris ex dignatione tue est largitatis:
nec ad decorē tui p̱uenient noīs cuius sapientie nō
est numerus.

Quod multa bona prestantur deuote commu- nicantibus. Capitulum. 4.

DOmine deus meus preueni seruū tuū in be
nedictionibus dulcedinis tue vt ad tuū ma
gnificū sacramentū digne ac deuote mere-
ar accedere. Excita cor meū in te: ⁊ a graui corpore
exue me. Uisita me in salutari tuo ad gustandū in
spiritu tuā suauitatē: que in hoc sacramento tanq̄
in fonte plenarie latet. Illumina quoq₃ oculos me
os ad intuendū tantū mysteriū: ⁊ ad credendū il-
lud indubitata fide me robora. Est eī operatio tua
nō humana. potentia tua sacra institutio non hoīs
adinuentio. Nō enī ad hec capienda ⁊ intelligēda
aliquis idoneus p̱ se reperit̄: q̄ angelicā etiā subtili
tatē trāscendūt. Quid ḡ ego pctōr īdignus terra ⁊
cinis de tā alto sacro secreto potero īuestigare ⁊ ca

pere: Dñe in simplicitate cordis: in bona firma fi-
de ꝛ in tua iussione ad te cũ spe ꝛ reuerẽtia accedo
ꝛ vere credo ꝙ tu p̄sens es hic in sacramento deus
ꝛ homo. Uis ꝗ vt te suscipiã ꝛ meip̄m tibi in carita
te vniã. Ãn tuã p̄cor clementiã ꝛ specialẽ ad hoc i-
ploro michi donari gr̄am vt totus in te liquefiã et
amore p̄fluã atq; de nulla aliena consolatiõe ãpli⁹
me intromittã. Est enĩ hoc altissimũ ꝛ dignissimuz
sacramentũ: salus aĩe ꝛ corporis: medicina oĩs spũa
lis languoris: in quo vitia mea curant/passiões fre
nant: tentationes vincunt ac minuunt: gr̄a maior
infundit: virtus incepta auget: firmat fides: spes
roborat: et caritas ignescit ac dilatat. Multa nãq;
bõa largitus es ꝛ adhuc sepi⁹ largiris in sacramẽ-
to dilectis tuis deuote cõicantibus deus meus su-
sceptor aĩe mee: repator infirmitatis hũane ꝛ toti⁹
dator ꝯsolatiõis ĩterne. Nã multã ipsis ꝯsolationẽ
aduersus varias tribulatiões ĩfũdis: ꝛ de ĩmo deie
ctiõis ꝓprie ad spẽ tue ꝓtectiõis erigis: atq; noua
quadã gr̄a eos ĩt⁹ recreas ꝛ illustras: vt q̄ anxii pri
mũ ꝛ sine affectiõe se ãte cõionẽ sẽserãt: postea refe
cti cibo potuq; celesti ĩ melius se mutatos ĩueniãt.
Quod idcirco cũ electis tuis ita dispẽsãter agis vt
veraciter agnoscant ꝛ patenter experiant ꝙ nichil
ex semetipsis habeant: ꝛ q̄d bonitatis ac gr̄e ex te
consequant: quia ex semetipsis frigidi duri ac ĩde/
uoti: ex te aũt feruentes alacres et deuoti esse me-
rent. Quis eĩ ad fõtẽ suauitatis hũiliter accedens
nõ modicũ suauitatis ĩde reportat? aut q̄s iux̄ ignẽ
copiosũ stãs nõ pax calozis ĩde pcipit. Et tu fõs es
sp plen⁹ ꝛ supabũdãs ignis iugit ardẽs ꝛ nũq̄ defi-

ciens. Unde si michi nō licet haurire de plenitudine fontis nec vsq3 ad satietatem potare: apponā tñ os meū ad foramē celestis fistule vt saltē inde guttulam modicā capiā ad refocillādā sitim meā vt nō penit⁹ exarescā. Et si necdū tot⁹ celestis et tā ignitus vt seraphin ꝛ cherubin esse possū: conabor tamē deuotioni insistere ꝛ cor meū ꝑparare vt vel modicam diuini incendii flammā ex humili sumptione viuifici sacramenti conquirā. quicquid aūt michi deest bone iesu saluator sanctissime: tu pro me supple benigne ac gratiose: qui oēs ad te dignatus es vocare dicens. Uenite ad me oēs qui laboratis ꝛ onerati estis ꝛ ego reficiā vos. Ego quidē laboro in sudore vultus mei dolore cordis torqueor: peccatis oneror: tentationibus inquietor: multis malis passionibus implicor ꝛ premor ꝛ nō est qui adiuuet nō est qui liberet ꝛ saluū faciat nisi tu dn̄e deus saluator meus cui cōmitto me ꝛ oīa mea vt me custodias ꝛ ꝑducas in vitā eternā. Suscipe me in laudem ꝛ gloriā noīs tui qui corpus tuū et sanguinē in cibū ꝛ potū michi parasti. Presta dn̄e de⁹ salutaris meus vt cū frequētatione mysterii tui crescat mee deuotionis affectus.

¶ De dignitate sacramenti ꝛ statu sacerdotali. Capitulum. 5.

SI haberes angelicā puritatē ꝛ sancti iohānis baptiste sanctitatē nō esses dignus hoc sacramentū accipere nec tractare. Non eī hoc meritis debeť hoīm ꝙ homo cōsecret ꝛ tractet christi sacramētū ꝛ sumat ī cibū panē angelorꝫ. Grāde mysteriū ꝛ magna dignitas sacerdotū: quibus datū ē

quod angelis nõ est cõcessũ. Soli nãq3 sacerdotes in ecclesia rite ordinati potestatẽ habent celebrandi ⁊ corpus christi consecrandi. Sacerdos quidez minister est dei vtens verbo dei ꝑ iussionẽ ⁊ institutionẽ dei. Deus aũt ibi principalis est auctor ⁊ inuisibilis opator cui subest oẽ quod voluerit ⁊ paret oẽ quod iusserit. Plus ergo credere debes deo omnipotenti in hoc excellentissimo sacramento q̃ ꝓprio sensui aut alicui signo visibili. Ideoq3 cũ timore ⁊ reuerentia ad hoc opus est accedendũ. Attende igit̃ ⁊ vide cuius ministeriũ tibi traditũ est ꝑ impositionẽ manus episcopi. Ecce sacerdos factus es ⁊ ad celebrandũ consecratus: vide nũc vt fideliter ⁊ deuote in suo tpe deo sacrificiũ offeras ⁊ teipsũ irreprehensibilẽ exhibeas. Non alleuiasti onus tuuz sed artiori iam alligatus es vinculo discipline: et ad maiorẽ teneris pfectionẽ sãctitatis. Sacerdos oĩbus virtutibus debet esse ornatus: ⁊ aliis bone vite exemplũ prebere. Eius conuersatio nõ cũ popularibus ⁊ cõibus hoĩm viis: sed cum angelis in celo aut cũ pfectis viris in terra. Sacerdos sacris vestibus indutus christi vices gerit vt deũ ꝓ se ⁊ pro oĩ populo suppliciter ⁊ humiliter roget. Habet nã q3 ãte se ⁊ retro dñice crucis signũ ad memorandã iugiter christi passionẽ. Ante se crucẽ ĩ casula portat vt christi vestigia diligenter inspiciat ⁊ seq̃ feruenter studeat. Post se cruce signatus est vt aduersa quelibet illata ab aliis clementer ꝓ deo toleret. Ante se crucẽ gerit vt ꝓpria peccata lugeat. post se vt aliorũ etiã cõmissa ꝑ cõpassionẽ defleat: ⁊ se mediũ inter deũ ⁊ peccatorẽ constitutũ esse sciat: nec

ab orõne: nec ab oblatione sancta torpescat: donec gratiã et misericordiã impetrare mereat. Qñ sacerdos celebrat: deũ honorat: angelos letificat: ecclesiã edificat: viuos adiuuat: defunctis requiẽ prestat: ꝛ sese oĩm bonorũ participẽ efficit.

¶ Interrogatio de exercitio ante cõmunionẽ.

Capitulum. 6.

Cum tuã dignitatẽ dñe ꝛ meã vilitatẽ pẽso: valde cõtremisco et in meipso cõfũdor. Si enĩ nõ accedo: vitã fugio: et si indigne me ingessero offensã incurro. Quid ꝙ faciã deus meus auxiliator meus: ꝛ ꝯsiliator in necessitatibus. Tu doce me viã rectã ꝓpone breue aliquod exercitiũ sacre cõioni cõgruũ. Utile est enĩ scire qualiter .s. deuote ac reuerẽter tibi ꝑparare debeã cor meũ ad recipiendũ salubriter tuũ sacramentũ seu etiã celebrãdũ tã magnũ ꝛ diuinũ sacrificiũ.

¶ De discussione ꝓprie conscientie et emendationis ꝓposito. Cpm. 7.

Sup oĩa cũ sũma hũilitate cordis ꝛ supplici reuerẽtia cũ plena fide et pia intentiõe honoris dei ad hoc sacramẽtũ celebrandum: tractandũ: et sumendũ: oportet dei accedere sacerdotẽ. Diligenter examĩa ꝯsciam tuã et ꝓ posse tuo vera ꝯtritione et humili cõfessione eã nuda ꝛ clarifica: ita vt nil graue habeas aut scias qđ te remordeat ꝛ liberũ accessũ impediat. Habeas displicẽtiã oĩm pctõꝝ tuoꝝ in generali: et ꝓ quotidianis excessibus magis in speciali doleas ꝛ gemas ꝛ si tẽpus patiť deo in secreto cordis cunctas cõfitere passionũ tuarũ miserias. Ingemisce ꝛ dole ꝙ adhuc ita

carnalis sis et mũdanus tã imortificatus a passiõi-
bus: tã plenus ꝯcupiscentiarũ motibꝰ: tã incustodi
tus in sensibus exteriorībꝰ: tã sepe multis vanis fã
tasiis iplicatus: tã multũ inclinatꝰ ad exteriora: tã
negligens ad iteriora: tã leuis ad risũ et dissolutio-
nẽ: tã durus ad fletũ et cõpunctionẽ: tã prõptus ad
laxiora et carnis comoda: tã segnis ad vigorẽ et fer
uorẽ tã curiosus ad noua audienda et pulcra intuẽ-
da: tã remissus ad humilia et abiecta amplectenda
tã cupidus ad multa habẽda: et tã parcus ad dãdũ
tã tenax ad retinẽdũ: tã incõsideratus ĩ loqndo: tã
incõtinẽs ad tacendũ: tã incõpositus ĩ moribus: tã
iportunus in actibus: tã effusus sup cibũ: tã surdus
ad dei verbũ: tã velox ad quietẽ: tã tardus ad labo
rẽ: tã vigilans ad fabulas: tã sõnolẽtus ad vigilias
sacras: tã festinus ad finẽ: tã vagus ad attendendũ
tã negligens in horis ꝑsoluẽdis: tã tepidus in cele
brando: tã aridus in cõicando: tã cito distractus:
tam raro tibi bene collectus: tam subito cõmotꝰ
ad iram: tam facilis ad alterius displicentiã: tã ꝓ-
nus ad iudicandũ: tã rigidus ad arguendũ: tã letꝰ
ad prospera: tã debilis in aduersis: tam sepe mul-
ta bona proponens et modicũ ad effectum perdu-
cẽs. His et aliis defectibus tuis cũ dolore et magna
displicentia proprie infirmitatis confessis ac deplo
ratis firmum statue propositum semper emendan
di vitam tuã et in melius ꝓficiendi. Deinde cũ ple
na resignatione et integra voluntate offer teipsũ
in honorẽ nõis mei in ara cordis tui olocaustũ per
petuum. corpus tuũ scilicet et aĩam michi fideliter
cõmittendo quatenus sic digne merearis ad offerẽ

dum deo sacrificiū accedere ⁊ sacramentū corporis mei salubriter suscipere. Non est enī oblatio dignior ⁊ satisfactio maior ꝓ peccatis diluendis q̄ seipsū pure ⁊ integre cū oblatione corporis christi in missa et in cōione deo offerre. Si homo fecerit quod in se est ⁊ vere penituerit: quotienscūqȝ ꝓ venia ⁊ gratia ad me accesserit viuo ego dicit dn̄s: qꝛ nolo mortem peccatoris: sed magis vt conuertat̄ ⁊ viuat: quniā peccatorū suorū nō recordabor amplius: sed cūcta sibi indulta erunt.

¶ De oblatione christi in cruce ⁊ propria resignatione. Capitulum. 8.

Sicut ego meipsū expansis in cruce manibus ⁊ nudo corpore ꝓ peccatis tuis deo patri sponte obtuli: ita vt nichil in me remaneret quin totū in sacrificiū diuine placationis trāsierit: ita debes ⁊ tu temetipsū michi voluntarie in oblationē purā ⁊ sanctā quotidie in missa cū omnibus viribus ⁊ affectibus tuis/ quanto intimius vales offerre. Quid magis a te requiro q̄ vt te studeas michi ex integro resignare? Quicquid p̄ter teipsū das nichil curo: quia nō quero datū tuū sed te. Sicut nō sufficeret tibi oībus habitis preter me: ita nec michi placere poterit quicq̄d dederis te nō oblato. Offer te michi ⁊ da te totū ꝓ deo ⁊ erit accepta oblatio. Ecce ego me totū obtuli patri: ꝓ te dedi etiā totū corpus meū ⁊ sanguinē in cibū vt totus tuus essem ⁊ tu meus ꝑmaneres. Si aūt in teipso steteris nec sponte te ad voluntatē meā obtuleris: nō est plena oblatio nec integra erit īter nos vnio. Ideo oīa opera tua p̄cedere debet sponta-

nea tuiipsius in manus dei oblatio si libertatē con
sequi vis ⁊ gratiā. Ideo tā pauci illuminati ⁊ libe
ri intus efficiuntur: quia seipsos ex toto abnegare ne
sciunt. est firma sententia mea nisi quis renūciaue
rit oībus nō potest meus esse discipulus. Tu ergo
si optas meus esse discipulus: offer teipm̄ michi cū
oībus affectibus tuis.

¶ Quod nos ⁊ omnia nostra deo debemus offer-
re et pro oībus orare. Cp̄m. 9.

Domine omnia tua sunt que in celo sunt et
in terra. Desidero meipsū tibi in spontane
am oblationē offerre ⁊ tuus ꝑpetue ꝑmane
re. Domine in simplicitate cordis mei offero me-
ipsū tibi hodie in seruū sempiternū: in obsequium
et sacrificiū laudis ꝑpetue. Suscipe me cū hac san
cta oblatione tui p̄ciosi corporis quā tibi hodie in
p̄sentia angelorū inuisibiliter assistentiū offero: vt
sit ꝓ me ⁊ ꝓ cuncto populo tuo in salutē. Dn̄e offe
ro tibi oīa peccata ⁊ delicta mea que cōmisi coram
te ⁊ sāctis angelis tuis a die quo primū peccare ꝑo
tui vsq; ad diē hanc sup placabili altari tuo: vt tu
omnia pariter incendas ⁊ cōburas igne caritatis
tue: ⁊ deleas vniuersas maculas peccatorū meorū:
et consciam meā ab oī delicto emundes ⁊ restituas
michi gratiā tuā quā peccādo amisi oīa michi ple-
ne indulgendo ⁊ in osculū pacis me misericorditer
assumendo. Quid possū agere ꝓ peccatis meis: ni
si humiliter ea confitendo ⁊ lamentando ⁊ tuā ꝓ-
piciationē incessanter dep̄cando? Dep̄cor te exau
di me ꝓpicius vbi asto corā te deus meus. Oīa pec
cata mea michi maxime displicent. Nolo ea vnq̄

